discordia inter dantē et recipientē. ita ꝙ q̄
ad illud quod ratio naturalis dictabat eē
dandū erat morale. quo ꝟo ad illud quod
non dictabat ratio naturalis: sed in qˀd ar
bitriuʒ iudicis vel legislatoris declinabat
erat iudiciale purū. vnde quo ad hoc erat
positiuū licet diuinū. tūc ⁊ hodie est hūa-
num positiuū. qm̄ ius positiuuʒ nō est nisi
determinatio iuris naturalis ⁊ diuini mo
ralis. modo p̄ceptum dandi quottā deci-
me fuit hmōi. igit̃. Maior nota. qꝛ a iusti
cia p̱cedit iudiciuʒ. Minor p̱bat̃. Nā iu-
sticia distributiua inclinat recipientē spiri
tualia ab alio ad dandū tp̱alia eidē quate
nus sustentet̃. ⁊ sic illa datio ad illā iustici-
am spectat. ⁊ cū ratio naturalis nō dictet
quottā partē tp̱alium suoꝝ debeat ei dare
qꝛ quantū esset de rōne naturali nō plus
dictaret dādā decimā ꝗ̄ q̄ntā vl̃ vicesimā
quia nō dictat nisi ꝙ det vna cū alĳs reci
pientibus spūalia ab eo tantū quantū re-
quirit̃ ad eius ꝯgruā sustentationē: nō cu
rando an quis det decimā vel vicesimam
partē. Ne tñ passim fieret discordia inter
dantē ⁊ recipientē quasi minˀ detur ꝗ̄ de-
beat̃: aut plus exigat̃ ꝗ̄ debeatur: et sic de
hoc fierent p̱cessus ⁊ litigia: deus ipse le-
gislator declinauit ad certam partē scʒ de-
cimā: decernendo illā fore dandā. Ideo p̄
dictū p̄ceptum licet quo ad hoc ꝙ est ali-
quid esse danduʒ ministris dei sit morale.
tñ quo ad talem quottā dandā est purum
iudiciale. puꝝ inquā. id est nō morale. Ag
gregatū ꝟo ex vtroꝗ est mixtū. sicut prece
ceptū de puniēdo malefactores tali gene-
re pene in veteri lege est partim morale p̱
quanto decernit eos puniēdos. et partim
purū iudiciale scʒ decernendo ꝙ p̄cise tali
genere pene. ideo mixtū ē ex vtraꝗ parte.

Contra hanc determiatio-

nē arguit̃ se-
decim argumētis. Et primo ꝯtra tertiā sup
positionē sic. In veteri lege preter moralia
ceremonialia ⁊ iudicialia fuerūt etiaʒ aliq̄
figuralia. aliq̄ sacramētalia. vnde q̇ntupli
cia fuerūt in veteri lege. igit̃ diuisio illius
supp̱ositōis insufficiens. Dicenduʒ ꝙ licet
multiplicia fuerint illa q̄ ꝯtinentur in lege
veteri. tamē nō nisi triplicia fuerūt p̄cepta
vt p̄dicta diuisio ponit. ad quā etiam alia
duo mēbra reducunt̃ p̱ tanto quia figura
lia ad ceremonialia reducuntur eoꝙ cere
monie de quibꝫ sonabant p̄cepta ceremo-
nialia figurabāt aliqua. imo figuralia p̄nt
reduci etiam partim ad iudicialia. qꝛ etiā
iudicialia figurabant aliqua. figurare em̄
non cōueniebat solum ceremonialibus.
Omnia inquit apostolus in figura cōtin
gebant illis. Quomō aūt differenter cere
monialia ⁊ iudicialia figurabant patebit
in solutione quindecimi argumēti. Simi
liter sacramētalia reducunt̃ ad ceremonia
lia p̄cepta. quia illa precepta disponebant
de sacramentis veteris legis. modo sacra
menta cōtinentur sub ceremonĳs. Se
do arguit̃ contra eandē suppositioneʒ pro
quanto ibidem dicitur ꝙ p̄ceptum mora-
le est quod recta ratio naturalis dictat et
quod scriptum est in corde hominis Ar-
guit̃ sic. Preceptū christi de suscipiēdo ba
ptismū est morale. ⁊ tamē illud non dictat
ratio naturalis nec scriptū est in corde ho
minis. vt patuit etiā in quinta cōclusione
igitur ⁊c̄. Antecedēs p̱ prima parte p̱bat̃.
quia nō est iudiciale vt patet. nec ceremo
niale. quia tunc esset illicitum ipsum serua
re. igitur est morale: supposita predicta di
uisione veluti sufficienti. Dicendum ꝙ il-

lud est ceremoniale nō quidem veteris le-
gis sed christi ⁊ noue legis. ideo licituꝫ ad
seruandū, qꝛ etiā xp̄s ceremonialia veterꝭ
legꝭ potuisset instituisse ⁊ fuissent licita ser-
uari. Tercio arguitꝰ ꝯtra terciā cōclusi-
onem. xiiij. argumētis q̊. xij. prima nitun
tur ostēdere ꝙ p̄ceptū de decimis dandis
etiā quo ad q̊ttā sit p̄ceptum iuris natura
lis. Et ex hoc habetꝰ ꝓposituꝫ ꝙ sit morale.
vt patet ex tertia suppositōe p̄ambula. Ar-
guitꝰ igitꝰ tercio sic. Illud p̄ceptuꝫ est iuris
naturalis quod disponit suꝑ eo qđ omni
tp̄e fuit apud hoīes seruatū. Sed solutio
decime etiaꝫ quo ad q̊ttam fuit oī tp̄e apđ
hoīes seruata. ⁊ p̄ceptum p̄dictū disponit
super tali solutione. igitꝰ illud p̄ceptū est iu
ris naturalis. igitꝰ morale. Maior ꝓbatur
triplr̄. Primo sic. quia nō apparet alia ra-
tio illius ꝯtinuatōnis nisi qꝛ illud dictatꝰ a
iure naturali qđ ꝯtinue ꝑseuerat. Secun
do sic. qꝛ in hoc differt ius naturale a po-
sitiuo diuino vel positiuo hūano ꝙ ipsum
nō variatꝰ positiuū aūt sic. Tercio. qꝛ sicut
illud signū dicitꝰ naturale vl' significare na
turaliter qđ significat idē sꝑ ⁊ vbiqꝫ et apđ
oēs. sic ille actus vel vsus videtꝰ esse dicen
dus naturalis vel naturalis iuris q̇ oī tp̄e
fuit obseruatꝰ apud homīes seu apud oēs
hoīes. ⁊ sic apđ hoīes cuiuscūqꝫ tp̄is Mi
nor ꝓbatꝰ. qꝛ ante legē ⁊ in lege et post legē
dederūt fideles q̊ttaꝫ decime. qꝛ tp̄e abrae
q̇ ante legē fuit dabatꝰ decima. vt patꝫ Ge
nesis. xiiij. In lege silr̄. vt patꝫ ex illa ꝯclusi
one. et post legē. s. hodie datꝰ quotta. igitꝰ.

Dicendū dupliciter. Primo ꝙ maior po
test negari. qꝛ staret ꝙ aliquid esset serua-
tum omni tp̄e apud homīes. ⁊ tamē super
illo nō fuisset p̄ceptum iuris naturalis di-
sponens sed tm̄ positiuum: et hoc diuinuꝫ
vel humanū. Exemplum primi. Si man
sissemus semꝑ in statu innocentie semꝑ ab
stinuissemus a ligno vetito: ⁊ tamē p̄ceptū
super illa abstinentia disponens nō fuisset
iuris naturalis imo mere positiuum diui
num. Sic si post lapsum instituisset deus
baptismū ⁊ ille vsqꝫ nunc fuisset seruatus
sicut potuisset fuisse factum: baptismus fu
isset semꝑ seruatus: nec tamen illud prece-
ptum fuisset iuris naturalis. Exemplū se-
cundi. Si Adam suis liberis aliquid po

sitiuum p̄cepisset ⁊ cōsequēter illi alijs: sic
continuando vsqꝫ ad tēpora nostra esset il
lud positiuū factum seruatum: nec tamen
preceptū eius fuisset iuris naturalis. Iteꝫ
staret ꝙ aliquid esset semꝑ seruatum atta-
men non semꝑ vt preceptū sed pro tempo
re vt consilium inspiratū postea vt diuino
iure licet positiuo p̄ceptum: deinde abro-
gatum. sed tamē per humanā legem rein-
stitutum. ⁊ sic q̄muis esset continuatū: non
tamen oporteret illud ꝓuenisse ex eo ꝙ fu-
isset iuris naturalis. ⁊ sic in ꝓposito. Nam
q̄muis omni tempore fuerit solutio quotte
decimarū facta. tamen non semper vt pre
cepta. quia ante legem fuit consilij: tempo
re scꝫ Abrae. ⁊ in lege p̄cepti diuini. ⁊ post
legem puta nūc precepti humani. Et ad
illam probationem maioris dicendum ꝙ
causa continue obseruationis non neces-
sario ꝓuenit ex eo ꝙ sit iuris naturalis vt
patuit in duobus exemplis datis. sed po-
test esse alia. scꝫ. quia post consiliū fuit pre
ceptum diuinitus: deinde etiam humani-
tus. sic est hic. Primo em̄ inspirauit deus
vt illa quotta daretꝰ. dehinc expresse eam
precepit. Ad secundam dicendū ꝙ na-
turale ius nō differt a positiuo per nō va-
riari actu. patet ꝑ instātias datas in quibꝰ
cōtingere potuisset etiā positiuum ius nō
potuisse variatuꝫ. sed penes variabile. ius
enim naturale non est variabile sed ꝑma-
net: saltem intelligendo sic ꝙ permanenti-
bus circūstātijs sub quibus dictatꝰ. qđ di
co ex eo quia de iure naturali est ꝙ omnia
omnibus essent cōmunia ⁊ hoc stante in-
nocentia ⁊ integritate nature: qua variata
nō oportet oībus oīa esse cōmunia. Nec
tm̄ ius naturale ob hoc est mutatū q̇a non
dictauit illā cōmunitatē absolute sed ꝓ sta
tu innocētie. Jus aūt hūanū positiuuꝫ est
variabile per legislatorē etiā manentibus
circūstantijs vt prius. ⁊ idē posset fieri de
positiuo diuino autoritate dei. Ita in ꝓpo
sito dato ꝙ solutio q̊tte nō fuisset variata
tm̄ fuisset variabilis. non ergo oporteret ꝙ
esset iuris naturalis imo de facto fuit va-
riata. nā a p̄ncipio nascētis ecclesie apđ fi
deles saltē ex gētibꝰ ꝯuersos nullibi appa-
ret fuisse facta vsqꝫ per magnū tp̄s etiā li-
cite donec institueretꝰ de nouo per ecclesiā

Dico saltem ex gentibꝰ ⁊c̄. ꝓpter cōuersos
ex iudeis. nā illi videnť tūc quottā soluisse
Nā Actuū. xxi. dicebat Jacobus Paulo
Vides frater quot milia sunt in iudeis q̇
crediderunt ⁊ oēs emulatores sunt legis.
Unde tales fideles ꝑ longa tp̄a a princi-
pio nascētis ecclesie seruauerūt legalia in-
ter que solutio quotte fuit vnū: ꝙuis apte
nō tenerenť: sicut nec tenebanť ceremoni-
alia legis seruare ⁊ tn̄ ea seruabāt ⁊ licite ꝑ
notabile tēpus. Neq₃ etiā₃ illa solutio fuit
a principio mūdi. quia nō fuit ꝑ duas pri
mas etates. sed in tercia sc₃ tp̄e Abrae in-
cepit. Ad terciā ꝓbationē maioris dicen
dū ꝙ si aliqd̄ nomē ab adā fuisset ad pla-
citū institutū ⁊ illud vsq₃ nūc duraret apd̄
oēs ⁊ sp̄ idē significando: nihilominꝰ non
esset naturale signū sed ad placitū. sicut ac
cidisset si in statu innocentie mansissemus
oēs ⁊ sp̄ in quo vsi fuissemus etiā noībus
ad placitū institutis. Unde nō est necessa
rio ⁊ infallibiliter verum ꝙ si q̇d significet
idē apud oēs ⁊ semꝑ ꝙ illud sit signū natu
rale. sic nō est necessariū ꝙ ille actus sit iu-
ris naturalis q̇ semꝑ ⁊ apd̄ oēs fuit serua-
tus. sed bene ecōtra si quid est signū natu-
rale tunc significat idē apud oēs ꝙuis re-
gulariter sit verū. Secunda solutio ṗn
cipalis est ꝙ minor est falsa: nisi intelligať
per distributionē ꝓ generibꝰ singuloꝝ: nō
aūt si ꝑ distributōem ꝓ singulis generum.
Nā vt patuit solutio quotte per duas pri
mas etates mūdi nō fuit seruata: nec a ṗn
cipio nascēt₃ ecclie: saltē inter fideles ex gē-
tibus cōuersos. ꝙ autē tribꝰ illis tp̄ibꝰ sc₃
ante legē. in lege. ⁊ post legem fuerit serua-
ta nō arguit. quia illa nō est distributio ni
si ꝓ generibꝰ singulorū q̄ nō sufficit. sic em̄
ꝓbareť ꝙ abstinere a sanguine esset iuris
naturalis. q2 etiā oī tp̄e sc₃ ante legē tp̄e. s.
Noe. ⁊ in lege ⁊ post legē₃. s. in ṗmitiua ec
clesia seruabať illa abstinētia. quia Actuū
xv. mādabať etiā illa abstinētia fidelibus.
Silr̄ obseruatio sabbati q̄ ad determina-
tionē tp̄is esset iuris naturalis. q2 ante le-
gē ⁊ in lege ⁊ diu post legē qn̄ adhuc cur-
rebat vsus ceremonialiū seruabať sabba-
tū. Quarto sic. Hoīē honorare deū
de sua substantia est iuris naturalis. ⁊ sol-
uere q̄ttā decime est honorare deū de sua
substantia. igiť est iuris naturalis. igiť p̄ce
ptum p̄cipiens illam solutionē est morale
Maior ꝓbať. q̄a potest in lumīe naturali
ostēdi sic arguēdo. A quo q̇s habet q̇cq̇d
habet: ille debet honorari ab illo: et nō de
nihilo sed de aliquo qd̄ habet. hoc aūt est
eiꝰ substātia. igiť cū hō a deo habet q̇cq̇d
habet sequiť ꝙ debet deū de sua substātia
honorare. Minor etiā est nota. igiť. Di
cendū duplr̄. Primo distinguēdo maiorē
q2 substātia capiť duplr̄. vno mō ꝓ essen-
tia vel aliquo qd̄ est ꝯsubstātiale vl̄ qd̄ est
de essentia alicuiꝰ. hoc mō hō honorat de
um de sua substātia qn̄ suā ꝓpriā hūanita-
tem vel ꝓpriā aīam vel vitā vel volūtatem
deo offert: paratꝰ illa ꝑdere potiꝰ ꝙ deum
offendere. et hoc mō honorare deū de sua
substātia est iuris naturalis ⁊ huiꝰ sacrifi-
cij oblatio est naturalis iuris. De quo dr̄.
Fili p̄be mihi cor tuū. Alio mō capiť pro
possessione tp̄ali. et hoc modo nō est iuris
naturalis honorare deū de sua substantia
q2 illa sunt ipsius dei anteq₃ offeranť: etiā
pleniori iure ꝙ hoīs. nec illis indiget. nec
de ꝑ se placent ei speciali placētia. Un p̄s
Non accipiā de domo tua vitulos. nun-
quid māducabo carnes? Uñ hoc secūdo
mō deū de substātia honorare nō solū nō
est iuris naturalis q̄ ad quottā illius sub-
stantie. sed etiā nō est iuris naturalis q̄ ad
indeterminatōem illiꝰ substātie. ita ꝙ etiā₃
ius naturale nō dictat ꝙ aliq̇d de illa sub
stantia deo offerať: ꝙuis dictet ꝙ q̄ ad in
determinationē aliq̇d de illa offerať mini-
stro dei ad sustentatōem eiꝰ. Nec oportet
tn̄ cum determiatōne illaꝝ substātiaꝝ. s. ꝙ
oporteat ꝙ offerať saltē aliq̇d de illis bo-
nis puta agris ⁊ de pratis: ortis. vel hmōi
vndecūq₃ em̄ det mīstro ad sustētationem
satisfacit legi naturali q̄ nō determīat vn̄
det: dūmodo d̄ suis bonis ei dat: ꝙuis lex
positiua determiauerit q̄ etiā seruāda est.
Secūdo dicendū ꝙ si cōcluderet tūc eq̄
cōcluderet ꝙ q̇nta vel tercia pars esset sol
uenda deo de iure naturali. patet. q2 posi-
ta p̄dicta maiore subsumereť sic. Soluere
quintā vel terciā partē fructuū est honora
re deū. igiť. Ideo dicēdū ꝙ dato s₃ nō cō-
cesso ꝙ maior esset vera de substātia secun
do mō tn̄ ꝯseq̄ntia non valet q2 subsumiť
in minori sub termīo nō distributo. q̄a ho
norare in maiori nō distribuiť. et si distri-

buereť:maioꝛ esset falsa. etiam si tenereť ꝙ
maioꝛ particulariter vel indefinite posita
esset vera de substantia secūdo modo Nā
nō est iuris naturalis Om̄e honoꝛare de
um de quacunqꝫ substantia secundo mo-
do vel qualicunqꝫ poꝛtiuncula vł quotta
sed solum de substātia indetermīate capta
vel vt supponit ꝯfuse tm̄. sicut si teneoꝛ tibi
equū. nō sequiť. et ille equus est equ⁹. igiť
teneoꝛ tibi illum Sic non sequiť punien-
da sunt mala ⁊ talis pena est pena. igiť sūt
punienda tali pena. sic em̄ cōtingeret leuis
simū puniendū foꝛe maxima pena. sic non
sequiť punire mala est iur̄ naturalis. hoc
modo punire est punire. s. determinata ta-
li pena. igiť hoc mō punire. s. determinata
pena est iur̄ naturalis. Quinto sic. Da
re pꝛimitias deo etiam quo ad determina
tionē oꝛdinalē partis dande est de iure na
turali. igitur eadē ratione dare decīas deo
etiā quo ad determinationē nūeralē part̄
dande est de iure naturali. Cōseqntia ē no
ta. qꝛ nō videť maioꝛ ratio de pꝛima deter
minatōe q̄ꝫ de secunda. quin si vna sit iur̄
naturalis etiā altera. Añs ꝓbatur. qꝛ ratō
naturalis dictat ꝙ deū debemus pꝛimo ⁊
ante oīa honoꝛare. igiť de pꝛimis fructib⁹.
ille aūt sunt pꝛimitie. si em̄ de posterioꝛib⁹
eum honoꝛaremus nō pꝛimo eū honoꝛa-
remus. Dicendū negando añcedēs. imo
dare pꝛimitias quo ad indeterminationē
oꝛdinalē partis dāde nō est de iure natura
li. qꝛ dare deo aliq̄d de bonis nostris ex-
ternis vt de fructibus ⁊ terrenascentibus
siue in tali siue tali parte determīata vł in-
determinata nō est iuris naturalis vt in si
mili declarať in p̄cedēt̄ argumēti solutōe
Ad ꝓbationē ꝯcedo ꝙ rō naturalis dictꝫ
ꝙ debeamus deū pꝛimo ⁊ añ oīa honoꝛa
re. sed nō est necessariū ꝙ hoc fiat offeren-
do sibi p̄mos fructus terrenascētium. imo
nullos tales offerēdo ei adhuc de⁹ pꝛimo
potest ⁊ ante oīa honoꝛari si bona interna
sic sibi offeramus ꝙ poti⁹ dei honoꝛē inof
fensum ꝯseruare velimus q̄ꝫ nos aut q̄cū-
qꝫ nostra: etiā vitā naturalē et voluntatē re
tinere velimus. tūc em̄ in honoꝛe eum p̄fe
rimus oībus alijs qñ potius cūcta depe-
rire vellemus q̄ꝫ eum dehonoꝛare per pec
catū. Contra. Juris naturalis est: deuꝫ
de pꝛimis bonis honoꝛare. p̄mitie sūt pꝛi-
ma bona quia sunt pꝛimi fructus. illi autē
sunt bona q̄dam ⁊ p̄ma in illo genere. Di
cendū ꝙ subsumiť sub medio nō distribu-
to. s. sub ly pꝛimis bonis. et si vniuersali-
zeť falsificabiť. quia nō de q̄buscunqꝫ bo-
nis pꝛimis tenemur honoꝛare deū de iu-
re naturali. Sexto sic Quando ius na
turale dictat p̄ceptiue aliquē finē: etiā p̄ce-
ptiue dictat mediū ꝯsequendi illū finē. sed
ius naturale dictat ꝙ homo debeat sustē-
tare ministros dei ⁊ ad illā sustentationeꝫ
oꝛdinať solutio quotte decimaꝝ tanqꝫ me
diū. igiť etiā illā solutionē dictat ius natu-
rale. ⁊ ꝑ consequens est de p̄cepto moꝛali.
Maioꝛ ꝓbať. quia finis se habet in agibi
libus sicut p̄ncipiū in speculabilibus. mō
sub eadē arte cadunt in speculabilib⁹ pꝛin
cipium ⁊ ꝯclusio. igiť etiā finis et medium
eodē iure decernunť. Dicendū ꝙ maioꝛ ē
vera de medio necessario ad illi⁹ finis cō-
secutionē: nō de nō necessario. solutio aūt
decime partis nō est reglariter necessaria
ad sustētandū ministros dei. qꝛ sepe de mi
noꝛi possent sustentari. ideo lex nature nō
dictat determinari illam quottā nisi in ca
su quo nō minoꝛi ꝑte possunt sustētari. q̄ꝫ-
uis etiam si nō indigeat adhuc ex lege po
sitiua debeat dari illa quotta. Et eodē mō
solueret illud scꝫ De iure naturali est ꝙ hō
acq̄rat t̄palia ꝓ sua sustentatōe. mō mediū
ad hoc ꝑueniendi est solutio decime. quia
soluentibus fideliter decimā ꝓmittiť abū
dātia oīm bonoꝝ necessarioꝝ. Malachie
iij. ⁊. xvj. q. j. c. reuertimini. ⁊ c. decime. ⁊. xvj.
q. vij. c. maioꝛes. Nā dicēdū ꝙ ad aliquē
finem ꝯsequendū p̄nt esse multa media q̄
rum tñ aliqua p̄nt esse non necessaria eo ꝙ
ꝑ alia pōt finis attingi. ideo ex necessitate
finis inferre determīate necessitatē illi⁹ de
terminati medij est fallacia ꝯseq̄ntis. sicut
qñ a ꝓpositione habēte plures causas ve-
ritatis arguiť ad alterā illaꝝ vel ab indefi
nita ad singularē. Septimo. Homines
per t̄palia sustentare ministrū dei seminā-
tem eis sp̄ualia est iuris naturalis. soluere
quottā decime sacerdoti est eum vt mini-
strū dei sustentare ꝑ t̄palia. igiť soluere q̄t-
tam decime est iur̄ naturalis. Maioꝛ pa
tet ex dictis in pꝛima ꝯclusiōe. Minoꝛ de
se patet. Dicenduꝫ ꝙ subsumiť sub medio
nō distributo. per t̄palia em̄ sustentare in

maiori nō distribuit̄. ꝛ tn̄ sub illo subsumitur in minori. et si distribueretur in maiori maior esset falsa. q̇a nō q̄libet sustētare ꝑ tꝑalia est iuris naturalis. sed ꝑ tanta ꝛ talia tꝑalia quibꝫ pautiora nō sufficerēt Secus de illis q̄ suꝑfluunt ꝛ pauciora sufficiunt cuiusmodi sepe est q̄tta decime. Attamen licet ex lege naturali nō teneat̄ q̇s tūc ad solutionē quotte: tenet̄ tn̄ nihilominus ad illius quotte solutionē ex lege positiua

Octauo arguit̄. Ius naturale dictat ꝙ homo debet recognoscere deū esse ꝯsūmatorē oīm bonoꝝ q̄ habet hō. vtputa opeꝝ bonoꝝ q̄ opat̄ hō vl' alioꝝ bonoꝝ. Debet eīn recognoscere ꝙ sicut deus est illoꝝ p̄ncipium sic ipse est eoꝝ finis ꝛ ꝯsummatio. iuxta illud. q̇ cepit scꝫ deus opus bonū in vobis ipse ꝑficiet. ad Phil. j. Et p̄s. oīs consummationis vidi finē. Et in illū vt in finem oīa referēda sunt. s̄m illud. j. Coꝝ. x. oīa in gl'iam dei facite. Sed soluere q̄ttaꝫ decime est recognoscere deū esse ꝯsūmatorem oīm bonoꝝ. igit̄ soluere quottā decime est iuris naturalis. et sic morali p̄cepto p̄cipit̄. Maior est nota. Minor ꝓbat̄. q̇a denari⁹ nūerus est numerus ꝑfectōis ꝛ cōsummatōis ꝛ ꝑfectus. eoꝙ oēs nūeri eum p̄cedentes tendūt vsqꝫ ad ip̄m ꝛ in ipso sistunt. sic: ꝙ si q̇s vltra denariū ꝓgredi velit nō poterit id facere nisi denario ipsi addendo vnitatē. ꝛ sic vlteriores numeri nō sunt nisi replicatōes nūeri denarij. Unde Isidorus suꝑ illo Exo. xxij. Decias ꝛ primitias nō tardabis offerre: dicit. Per primitias frugū vel p̄mogenitoruꝫ principia bonorū operū ostendunt̄. In decimis ꝟo denarius ꝑfectōeꝫ significat. qꝛ vsqꝫ ad ipsum numerus crescit. Ideoqꝫ sicut in p̄mitijs p̄ncipia volūtatū: ita in decimis ꝯsūmatōnes opeꝝ nostroꝝ ad deū referre p̄cipimur a q̄ ꝛ boni operis initiū et ꝑfectōis donat̄ effectus Hec ille. Unde sicut denarius ꝑfectionē significat ꝛ nouenari⁹ q̄ deficit a denario significat imꝑfectionem: sic nos deo debem⁹ decimaꝫ dare a q̄ est oīs ꝑfectio. ꝛ nobis retinere nouem partes qꝛ imꝑfectiones sunt a nobis. Dicendū cōcedendo maiorē. Neget̄ minor. Nam soluere quottā decime est act⁹ exterior et materialis. sed recognoscere deum est act⁹ interior ꝛ mētalis. igit̄ minor falsa. Possꝫ tn̄ etiam minor distingui. qꝛ aut intelligit̄ in actu exercito. aut in actu signato. Primo mō est falsa vt patuit. Scd̄o mō ꝓut ē sensus ꝙ soluere q̄ttam decime designat̄ tanq̄ q̄dam ꝓtestatio ꝙ soluens recognoscit deum ꝯsūmatorē. sic ꝯcedit̄. sed tūc maior est falsa in tali sensu. Nā q̄uis formale recognoscere deum ꝯsūmatorē sit iuris naturalis qꝛ ius naturale dictat ꝙ hō debeat sic recognoscere deum. nō tn̄ oportet ꝙ signū extrinsecū qd̄ ad placitū instituit̄ ad designandū illum interiorem actuꝫ sit iuris naturalis. qꝛ nec ius naturale dictat ꝙ hō debeat illum interiorē actū ꝓdere aliq̄ exteriori ꝓtestatione. quia deo eq̄ notus ē act⁹ interior se solo: sicut cum ꝓtestatōe exteriori. q̄uis lex positiua dei vel ecclesie velit ꝙ etiam ille exterior actus debeat exhiberi. eo ꝙ homo in suis actionibus multuꝫ iuuatur sensibilibꝫ. ob quā causam etiaꝫ medicinalia vasa aīaꝝ nostraꝝ. s. sacramenta sunt instituta in rebus sensibilibus ꝓut tractat magister in q̄rto. dist. j. et doctores circa ip̄m.

Nono sic. Recta ratio naturalis dictat quottam decime fructuuꝫ soluendaꝫ ministris eius. igit̄ solutio q̄tte est iuris naturalis. ꝛ sic de p̄cepto morali. Antecedens ꝓbat̄. quia recta rō dictat ꝙ aliquid debet homo de bonis suis dare ministris dei ad sustentationē: vt ꝯcessum est Et ratō si debeat inniti principijs naturalis prudētie tanq̄ aurige dirigentis distributiuā iusticiam: poterit bene inuenire et cōcludere ꝙ de bonis suis debeat homo sibi ꝛ familie sue retinere octo partes. ꝛ nonam ꝑtem sibi retinere ꝓ semēte q̄ terra iterum seminet̄. ꝛ tunc nihil suꝑest nisi decia pars. Et cum iudicet ꝙ aliquid sit dandū ministro dei: sequit̄ ꝙ iudicat ꝙ decia ꝑs sit ei danda. Assumptū de nona ꝑte patet. sed de octo ꝑtibus ꝓbatur Nam olim homo viuebat vsqꝫ ad quartam generationem inclusiue. et sic debebat sua bona distribuere in q̄tuor generatōes. q̄tuor autē generatōes ꝯtinent ad minus octo personas. igit̄ ad minus debebat octo ꝑtes suorum bonoꝝ sibi reseruare ꝛ familie sue. Dicendū ꝙ argumentū deficit sextupliciter. Primo. qꝛ si ꝯcluderet: eque ꝓbaret ꝙ ministro dei non deberet̄ aliquādo nisi vicesima vel tricesima pars. Nam sicut assu

mit ꝙ homo debeat octo partes ꝓ se ⁊ fa-
milia sua retinere eoꝙ ꝓ q̃tuoꝛ generatio-
nibꝫ q̃ ↄtinent ad minus octo ꝑsonas de-
beat retinere. tunc sicut in quatuoꝛ gene-
ratiõibus sunt ad minus octo persone: sic
qñ essent in eis .xviij. ꝑsone: deberent̃ eis
xviij. ꝑtes. ⁊ decimanona ꝓ semẽte. ⁊ vice-
sima ministro dei. Nã si homo debet par-
tes frugũ seruare ꝓ filijs vsqꝫ ad q̃rtaȝ ge-
neratione͂: tunc q̃ ratione sacerdoti qui est
vna singularis ꝑsona debet vnam parteȝ
frugũ seruare: debet eade͂ ratione cuilibet
filioꝝ tantũde͂ seruare. qꝛ nõ minus debet
filijs suis q̃ꝫ sacerdoti quo ad alimoniam.

Secundo deficit qꝛ cum parẽtes secun
de generatõnis teneant̃ suis filijs et tercie
suis ⁊ sic q̃rte suis videt̃ ꝙ exquo sufficiũt
nõ teneat̃ parens oĩm illaꝝ generationuȝ
eis ꝑtes seruare. Tercio. qꝛ si cõcluderet
eque ꝓbaret̃ ꝙ tm̃ deberet q̃tuoꝛ ꝑtes ser-
uare ꝓ se ⁊ familia. q̇a tunc viuebãt hoĩes
ad q̃rtam generatione͂. ⁊ sic ꝓ q̃tuoꝛ gene-
rationibus q̃tuoꝛ ꝑtes fuissent seruande.
Et si dicis licet essent q̃tuoꝛ generationes
tñ ad minꝰ octo ꝑsone. Contra hoc est pri
ma improbatio illius argumẽti. Quarto
quia dato ꝙ haberet apparentiã de hoĩbꝫ
olim viuentibꝫ. tñ nunc nõ haberet locuȝ.
quia nũc cessat illa ratio. cum hõ raro vi-
uat vsqꝫ ad quartã generatione͂ inclusiue.
Et si arguas. Si olim hoc dictauit tũc fu
it iuris naturalis. igit̃ hodie est iuris natu
ralis. qꝛ ius naturale est ĩmutabile. Patet
solutio ex dictꝭ in solutione tercij argumẽ-
ti. Nã nõ dictasset tũc nisi stantibꝫ rebꝫ vt
tunc. nũc aũt cum res sint mutate nõ iudi
cat ide͂ nec tñ mutatum est ius. Preterea si
tunc dictasset ius naturale illaȝ quottam:
hoc accidisset illi q̇tte qꝛ nõ dictasset eam
nisi ꝓpter talem reꝝ dispositõem. Sic etiã
hodie posset illa q̇tta fieri iuris naturalis
ex circũstantia accedente. vt si minister de
minoꝛi q̇tta sustentari non posset. sed hoc
mõ loq̃ndo nõ plus illa q̇tta est iuris na-
turalis q̃ꝫ vicesima vel tricesima. vel q̇nq̃.
pars. Quinto quia si ↄcluderet talis via
ꝓcedendi in argumento tunc eque ꝓbare
tur ꝙ tercia pars esset dãda ministro. Nã
sctũs Joachim et anna recta rõne ꝓcesse-
runt in diuisione bonoꝝ suoꝝ ⁊ tñ legit̃ ꝙ
ea diuiserunt in tres ꝑtes. vnã sibi ⁊ fami-
lie sue. aliã pauꝑibus. ⁊ terciã templo ⁊ ser
uitoribꝫ eius impendebant. Sexto. quia
si ↄcluderet etiã ꝓbaret̃ ꝙ nõ nisi vndecia
ꝑs eis deberet̃. qꝛ etiã recta rõ dictat ꝙ p̃-
ter p̃dictas nouem ꝑtes est aliqua pars re
seruanda pauꝑibꝫ. vnde etiã in veteri lege
erat decreta vña decima ꝓ pauperibꝫ. ⁊ sic
solũ vndecima ꝑs cederet ministris dei.
Ad formã igit̃ argumẽti neget̃ illud cũ di
cit. si rõ debeat inniti ⁊c̃. qꝛ ratio innitẽdo
p̃ncipijs prudentie nõ dictat nisi ꝙ debe-
at sibi ⁊ suis quos alere tenet̃ dare alimo-
niã. ⁊ silr̃ mĩstro dei q̃ntum sufficit ⁊ req̇ri
tur. ⁊ reliquũ pauꝑibꝫ: nõ determinãdo in
quãta ꝑte fiat illa ꝓuisio. Decimo. Jus
naturale dictat ꝙ hõ debet recognoscere
deũ tanq̃ꝫ eum q̇ ordinauit hoĩem assume͂
dũ ad decimũ ordine͂ btõꝝ. sed soluere q̇t-
tam decime deo ⁊ eius mĩstro est deum re
ↄgnoscere illo mõ. igit̃ ius naturale dictat
ꝙ hõ debet q̇ttaȝ decime soluere deo et eiꝰ
ministro. ⁊ sic illa solutio est de p̃cepto mo
rali. Maioꝛ nota. qꝛ illõ ius dictat ꝙ ho-
mo debet esse gratus de bñficijs sibi p̃pa-
ratis a deo. gratitudo aũt p̃supponit reco-
gnitione͂ eoꝝ. igit̃. Minoꝛ ꝓbat̃. qꝛ eo ipo
ꝙ hõ soluit decimã ꝑtem designat se reco
gnoscere deũ ordinasse se assume͂dũ ad de
cimum ordine͂ btõꝝ. q̇ etiam designat̃ per
decimã dragmã. Dicenduȝ eodem mõ ꝓ-
portionabiliter sicut dictũ est ad octauũ.
Preterea etiã maioꝛ habet dubiũ. Nã ta-
le recognoscere nõ est possibile ex natura-
libus. qꝛ stando in lumĩe naturali non co
gnoscit hõ quot sint ordines btõꝝ. nec co
gnoscit se assumendũ ad talem btĩtudineȝ
suꝑnaturale͂. neqꝫ ad illum vel aliũ ordine͂
De illis em̃ solũ habet noticiã suꝑnatura
lem ꝑ reuelatiõeȝ scripture sacre. Et ad ꝓ-
batione͂ maioꝛis ↄcedit̃ de beneficijs sibi
notis et q̃ noscere põt. Ite͂ ↄcedit̃ de grati
tudine in genere: nõ aũt de ea in specie: ni-
si ꝓ quanto illa bñficia ĩ specie sint aut de
beãt esse nota. sicut ius naturale dictat ꝙ
debeam obedire deo. sed nõ dictat ꝙ sibi
debeam obedire in suscipie͂do baptismuȝ:
nisi supposito p̃cepto positiuo dei q̇ p̃cepit
eius susceptione͂. Nec illo p̃cepto dei ema
nato poterit ↄseq̃nter ĩferri ꝙ baptismi su
sceptio dicter̃ a iure naturali. Non em̃ va
let argumentum Jus naturale dictat obe

diendū ꝑceptis dei. ſed ꝑceptū ſuſcipiēdi
baptiſmū eſt ꝑceptū dei. igiť ius naturale
dictat baptiſmū ſuſcipiēdi. ſic em̄ oīa ꝑce-
pta parentū ⁊ ꝑlatoꝝ eſſent iuris natura-
lis et diuini. quia ius naturale et diuinum
mādat obedire eis. vnde ſicut ſi maior eſt
vl'is ⁊ minor ꝑticularis: cōcluſio nō ſequi
tur niſi ꝑticularis. qꝛ ꝯcluſio ſequiť debili
orē ꝑtem ꝑmiſſaꝝ. Et ſi vna ꝑmiſſarū ē de
neceſſario altera de cōtingenti: nō oportet
ꝯcluſionē eſſe neceſſariā. Sic ſi vna ꝑmiſ
ſarum dictať a iure naturali ⁊ altera a iure
poſitiuo dei vel hoīs: nō oportet ꝯcluſio-
nem dictari niſi a iure poſitiuo. ſic eſt in ꝓ
poſito. Eodē modo poſſet ſolui illō q̄ ar-
gueretť ſic. Deū recognoſcere vt vl'ez ac ge
neralē dn̄m oīm eſt de iure naturali et per
ꝯſequēs morali. mō ſoluere q̄ttā decime ē
deū ſic recognoſcere. igiť ſoluere q̄ttā deci
me ē de iure naturali et ꝑ ꝯn̄s morali. ma-
ior nota. Minor ꝓbať. qꝛ deus decimā ſi
bi reſeruauit in ſignū vl'is ac generalis do
minij. vt in c. tua. ij. ⁊ i c. in aliq̄bꝫ. extra de
decimis. et ſic ſoluēdo eas hō recognoſcit
eum vt vl'em dn̄m. vel ſaltē ꝓteſtať ⁊ ſigni
ficat ſe recognoſcere deum. Patet em̄ ſolu
tio ſufficienter ex dictis. Ex illis etiā patet
ſolutio alteriꝰ argumēti q̄ ſic arguebatur.
Detinere q̄ttā in caſu quo debeť: etiā ſi de
beať de iure poſitiuo eſt ꝯtra legē diuinā
etiā moralē. igiť eam ſoluere eſt ſm legem
moralē diuinam. Cōſequētia nota. Ante-
cedens ꝓbatur. quia furari eſt cōtra legē
diuinam moralē. mō detinere quottam in
tali caſu ē furari. Maior nota. Minor ꝓ
batur. quia eſt rem alienā inuadere vt di-
cit Hieronimus. xvj. q. j. c. decime. Unde
decime ſeu fructus decimales etiā anteq̄
ſeꝑentur a ceteris dicunť eſſe de dominio
eccleſie. igiť. Dicendū em̄ ꝙ ex maiori de
lege nature vel diuina morali ⁊c̄. vt prius.
Preterea poſſet etiam dici ꝙ detinens q̄t
tam facit ꝯtra legem diuinā moralē. ⁊ etiā
cōtra legē mere poſitiuā diuerſo reſpectu.
Pro q̄nto em̄ non ſoluit quottā ꝑceptā ab
eccl'ia facit ꝯtra legem poſitiuā. ꝓ q̄nto ꝓo
facit contra legem illā xp̄i Lu. x. Qui vos
ſpernit me ſpernit. Et illud. obedite ꝑpoſi
tis veſtris. Et iteꝝ. Honora parentes. tūc
facit contra legem diuinam que ꝑcepit le-
gem poſitiuam ſeruari. ſed per hoc nō ha-
betur ꝙ lex de quotta ſit diuina. q̄uis lex
mandans generaliter legem poſitiuā ſer-
uari ſit diuina. ſicut volūtas impꝛatoris fa
cientis hanc rem eſſe meā eſt poſitiua. ⁊ q̄
mihi eam aufert facit ꝯtra poſitiuā legem
et voluntatem impꝛatoris. ⁊ tamē cum hoc
alio reſpectu facit ꝯtra legem diuinā que
vult ꝙ rem que etiam per ſolam poſitiuā
legem eſt mea nō debeat aliquis mihi au
ferre. Undecio arguiť ex autoritate do
ctoris irrefragabilis ſcꝫ Alexādri de ales
in. iij. ꝑte ſumme. q. lj. mēbro ꝓmo: dicētis.
ꝙ ius naturale dictat ſm q̄d ꝙ talis pars
ſit dāda. ſi igiť ſm quid. igiť aliquo mō di
ctat illam q̄ttā. igiť illa quotta eſt aliquo
modo iuris naturalis. non igitur eſt ſim-
pliciter negandum ꝙ nō ſit iuris natura-
lis. et ꝑ ꝯſequens non erit ſimpliciter ne-
gandum ꝙ quotta ſit de precepto morali.
Dicendum ꝙ argumentum deficit qua
druppliciter. Primo. quia ius naturale ſm
quid ſeu aliquo modo dictare illam q̄ttā
poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ
eam dictet obligatiue ſcꝫ ꝙ homo teneať
ad illam quottā. ⁊ ſic negatur. nec illo mō
eſt intelligēdus predictꝰ doctor. Alio mō
ꝙ eam dictet vt congruam ex certis cau-
ſis vel miſterijs. ⁊ ſic intellexit ille doctor.
vt patebit. Modo ex illo ſic intellecto nō
poterit inferri ꝙ ergo ꝑceptū de decimis
ſit quo ad quottam de iure naturali: cum
ius naturale illam quottam non precepti
ue dictet ſed eam ſolum vt ꝯgruam oſten-
dat. multa em̄ ꝯgruunt nec tamē ſunt pre
cepta. Secundo quia etiam ꝑdictus do
ctor non vult ꝙ ius naturale ſe ſolo et ſine
adiumento alio dictet illam cōgruitatē il-
lius quotte. Nam vult ꝙ in dictando eā
iuuať triplici auxilio. ſcꝫ conſideratione ar
tis arithmethice ⁊ indagine rōnis et etiā
inſpiratōe vel reuelatōe diuina. Hec autē
tria adiumenta tacta ſunt in argumentis
ſcꝫ primū in octauo. ſecūdū in nono. et ter
cium in decimo. Modo in illis argumen
tis patuit ꝙ etiam ius naturale illis innitē
do que in illis argumentis tacta ſunt nō
poteſt ꝯcludere dictando ꝑceptiue illam
quottam ꝓut argumenta fuerunt ſoluta.
Et q̄uis ius naturale illis adiumentis di
ctet eam congruā ex certo reſpectu. tamē
eque poſſet idē ius naturale ex alio reſpe

em etiā eisdē adiumētis dictare aliā partē
vtputa sicut in octaua rōne argutū fuit ꝙ
ꝓpter pfectōem denarij ius naturale dicta
ret decimā q̄tte soluendā ad designanduꝫ
ꝙ subdit⁹ recognoscat deū pfectiōem ⁊ cō
sūmationē oīm bonoꝝ. ita etiā argui pos-
set ꝙ ius naturale dictaret dandā esse cēte
simaꝫ ptē. eo ꝙ etiā cētenarius pfectionē si
gnificat in scriptura ꝓut tāgit beda i ome-
lia sup illo Hō q̄dā nobil' ⁊c. Et Gregori
us in omelia de cētesima oue pdita. Et sic
hō in soluendo cētesimā eq̄ recognosceret
deū ↄsūmatorē bonoꝝ hoīs: sicut soluēdo
decimā ptē. Silr certo respectu eq̄ posset
ius naturale adiutū indagine rōnis infer
re ꝙ hō deberet vicesimā dare. ſꝫ retinēdo
sibi ⁊ familie. xviij. ptes. vt dictū fuit in so-
lutione noni argumēti sicut ꝙ decimā da-
re deberet. Silr certo respectu posset ius
naturale adiutū inspiratiōe diuīa vel reue
latōe dictare ꝙ cētesima ps essꝫ ↄgrua. pu
ta qꝛ hō designat̄ p centesimā ouē depdi-
tā ⁊ inuentā. ⁊ angeli p nonagintanouem
oues ꝓut exponit Gregori⁹ in p̄dicta ome
lia. Et ideo sicut ius naturale adiutū inspi
ratione vel reuelatōe diuīa dictat decimā
dandā eo ꝙ hō ad decimū ordinē btōꝝ est
assumēdus. sic idē ius inspiratōe vel reue-
latōe diuina adiutū alio respectu hito di-
ctaret ꝙ ↄgrueret ꝙ hō cētesimā daret eo
ꝙ hō est cētesima ouis depdita ⁊ inuenta
et angeli sunt nonagintanouē oues. q̄re se
quit̄ ꝙ sicut p ius naturale p̄dict̄ adiumē
tis pn̄t haberi rōnes ↄgruentie ꝓ q̄tta de
cime. sic ex eisdē adiumētis possent inueni
ri rōnes cōgruētie ꝓ alia q̄tta. ⁊ tn̄ nec ille
nec ille sufficerent ad ↄcludendā p̄ceptiue
illā fore dandā. sed solū ꝙ ille q̄tte essent cō
gruentes. Et si etiam ↄcluderēt sic eaꝫ esse
dandā non tn̄ hoc faceret ius naturale in
suo lumīe sistēdo sed aliūde adiutū. illd au
tē aliud adiutoriū faceret ꝙ non seq̄ret̄ di
ctatū esse iuris naturalis. Dicendū vt in fi
ne p̄cedentis argumēti patuit in sili de cō
clusione pticlari vbi altera p̄missaꝝ ē vni-
uersalis. Tercio deficit: cum ifert. si ius
naturale aliq̄ mō dictat illā q̄ttam. igit̄ nō
simplr negandū est eam esse iuris natura
lis. Nā simplr equocat̄. vno mō. i. vniuer
saliter. et sic ↄcedit̄ ↄseq̄ntia et ↄn̄s. si autē
capit̄ simplr. i. sine addito: negat̄ ↄseq̄ntia
sicut si ethiops est aliq̄ modo. s. ſm dentes
albus. nō sequit̄. igit̄ nō est neganduꝫ sine
addito eū esse albū. imo sine addito p̄t cō-
cedi ꝙ nō sit alb⁹. Sic in ꝓposito hec sim-
pliciter. i. nihil addendo est vera Jus na-
turale nō dictat quottā decime dandā. ꝙ-
uis illa nō esset vera scꝫ Jus naturale nul
lo mō. s. q̄cūqꝫ alio iure accedēte dictat eaꝫ
esse dandam. qꝛ accedēte iure positiuo cui
subsunt fideles: ius naturale dictat eaꝫ nō
sua vi p̄cise sed ex vi iuris positiui adiuuā
tis ipm ⁊ quā vim supponit ius naturale
Quarto deficit. qꝛ nō sequit̄ Jus natu-
rale dictat eaꝫ qn̄ adiuuat̄ alio vt puta iu-
re p̄cipiēte eā dandaꝫ. igit̄ illa q̄tta est aliq̄
mō de p̄cepto iuris naturalis. ⁊ p ↄn̄s ali
quo mō de morali p̄cepto. qꝛ tūc oīa q̄ pa
rentes ⁊ p̄lati p̄cipiūt essent aliq̄ mō de p̄-
cepto morali. cui⁹ oppositū patuit in solu
tione decimi argumēti. sicut nō oportet di
cere ꝙ ↄclusio illius sillogismi sit aliq̄ mō
vniuersalis vel necessaria cui⁹ altera p̄mis
saꝝ est vniuersalis vl' necessaria. Duode
cimo arguit̄. De iure naturali ⁊ p ↄsequēs
de morali p̄cepto est ꝙ tributa egētiū ani-
maꝝ tribuant̄ eis. mō decime sunt tribu-
ta egentiū aīaꝝ. vt. xvj. q. j. c. decime. igitur
Dicendū ↄcedēdo maiorē. Minor est di-
stinguēda. qꝛ decime q̄ ad hoc ꝙ aliq̄d da
tur sunt tributa egentiū aīaꝝ. s. q̄ ad tantū
q̄nto indigent. et illud est de iure naturali
et morali. Quo ꝓo ad determinatā q̄ttam
q̄ nō indigent regulariter. s. q̄ ad decimam
ptē nō sunt tributa egentiū animaꝝ. qꝛ re-
spectu illius nō sunt egētes regulariter. si
tn̄ indigeant illa in certo casu etiā illa q̄tta
erit eis iure naturali in tali casu debita. ſꝫ
tunc hoc nō plus est de illa q̄tta q̄ꝫ de alia
q̄tta. qꝛ aliqn̄ etiā indigent octaua pte ali-
qn̄ solū vicesima. vn̄ si cōcluderet eq̄ ꝓba-
ret ꝙ q̄nta vel tercia ps fructuū esset soluē
da de iure naturali. Preterea hoc argu-
mentū nō ꝓcedit de decimis p̄cise q̄ prece
pte sunt dari cleric̄. sed eq̄ de decimis dā-
dis paupibus. Et sic eq̄ ꝓbaret ꝙ q̄tta de
cime ē debita paupib⁹ iure naturali et mo
rali. ⁊ ideo sicut tuipse haberes ibi soluere
sic hic de clericis solue. Nec valet si dicas
clerici sunt ↄseq̄nter ꝓcuratores pauperū
qꝛ etiā imediate debent̄ paupib⁹ sua tribu
ta ita ꝙ sine clericis mediantib⁹ inter eos

et datores:sunt sustētandi paupes. De-
cimotercio arguit̄ p̄ seq̄ntia vigintiduo ar
gumēta que includunt̄ oīa in hoc tredeci-
mo argumēto cū quo habēt vnum caput.
Et hoc sic. Solutio q̄tte decimaruz est de
iure diuīo veteri hodie obligāte.igit̄ est de
p̄cepto morali veteris legis. Et sic tercia
ꝯclusio est falsa.ꝛ etiā secūda ps secūde cō
clusionis. Cōseq̄ntia est nota.qꝛ nullū p̄-
ceptū de veteri lege nos hodie obligat:sal
tem in ꝟtute huiꝰ legis:nisi sit morale p̄ce-
ptum. Añs ꝓbat̄.qꝛ tam sūmi pōtifices q̄ꝫ
sancti doctores in locis illis vbi dicūt de-
cimas esse de iure diuino ex hoc cōseq̄uē-
ter inferūt nos teneri ad decimas tanq̄ꝫ d̄
iure diuīo debitas. Nō talis coꝝ proces-
sus nullā haberet apparentiam si nō essent
decime de iure diuīo hodie obligāte. Nā
nō sequit̄.hoc cauet̄ iure diuino veteri.igi
tur nos obligamur ad ipsuz. imo illa ꝯn̄a
esset hereticalis nisi addat̄ in añcedēte vel
subintelligat̄ diuīo veteri adhuc obligāte
vl' vim habēte.nō habet aūt vim nisi quo
ad moralia. Assumptū aūt patet adducen
do.xxij.passus in q̄b; hoc patebit. Primꝰ
Nā.xiij.q.j.§.De his itaq̄ꝫ fit talis ꝯseq̄n
tia.Decime ꝯstitute sunt p̄ moysen vt p̄sol
uerent̄ a ꝓpl'o filijs leui ꝓ misterio in q̄ de-
seruiebāt ei in tabernaculo.et non accipie
bant filij leui decimas nisi ab eis ꝓ q̄bus
offerebāt p̄ces ꝛ sacrificia.ḡ nobis q̄ serui
mus dño in tabernacl'o:offerēdo ꝓ ill' p̄-
ces ꝛ sacrificia etiā debebūt hoīes p̄solue
re decias ꝛ p̄mitias. Hec aūt ꝯn̄a nō va-
leret nisi supponēdo q̄ p̄ceptū decimaꝝ in
lege Moysi decretū etiam se extēderet ad
hoīes noue legis. Secūdo.ibidē etiā fit
talis ꝯn̄a.scꝫ. Nō satisfecisset ꝓpl'us si de-
disset decimas leuitis extraneis:neglectis
leuitis q̄ secū morabant̄. Igit̄ etiā nūc nō
satisfaceret q̄s soluēdo decias alijs q̄ꝫ mi
nistris sue eccl'ie. Hec ꝯn̄a etiā nō valeret
nisi supponat̄ q̄ dispositio veteris leg' sup̄
decimis etiā nos liget. Tercio. In c.De
cimas.xvj.q.j.papa pascal' volēs ostende
re q̄ nō possint aliq̄ p̄sone etiā ecclesiasti-
ce exigere decimas a monachis vel cleri-
cis cōiter viuētib; de laboribus seu nutri
mētis ꝓprijs:allegat ad hoc q̄ lex diuina q̄
p̄cepit decimas dādas decreuit q̄ ꝓpl'i de
berent eas soluere sacerdotib; et leuitis.et
sic vult arguere a ꝯtrario sensu.q̄ qꝛ lex di

uina decreuit q̄ ꝓpl'us deberet soluere ip-
sis ministris dei:innuit̄ q̄ ipi mistri dei non
tenebant̄ ad dādū eas alijs.ꝛ ex hoc vult
inferre q̄ ḡ nūc etiā nō teneant̄ clerici cō-
ter viuētes ꝛ monachi dare decias. mō il
la ꝯn̄a nō valeret nisi p̄tēderet papa q̄ de
cime q̄ hodie sunt debite:sint ꝟtute legis
veteris etiā hodie obligātis nos debite.
Quarto In c.in sacr'.xvj.q.j.vult papa
Anastasius ostēdere q̄ illicitū sit dare de-
cimas alijs ecclesijs q̄ꝫ baptismali ecclesie
in q̄ p̄cipiunt̄ sacramēta ꝛ p̄dicatio.et hoc
sic.qꝛ hoc est ꝯtrariū diuīe legi et sacris ca
nonibus.igit̄ est illicitū. Ex hoc arguit̄ sic
quia nō sequit̄ hoc est ꝯtrariū diuine legi.
igit̄ est illicitū. nisi añs intelligat̄ de diuia
lege obligāte ꝛ nō sublata.igitur lex diuia
vetus q̄ ad dispositōnem deciaꝝ hodie est
obligatoria. Quinto sic.qꝛ in c. Reuerti-
mini.xvj.q.j.ostenditur q̄ graue pcm̄ sit
apud deū nō soluere decias. et allegat̄ ad
hoc autoritas veteris legis in q̄ dñs dicit
se affligi qn̄ nō soluuntur decime ꝛ p̄mitie
Malachie.iij. Dicit̄ etiā ibidē q̄ ꝓpter nō
solutionē coꝝ hoīes incurrunt penuriam
terrenascentiū.et mandādo eis q̄ inferant
oēm decimā in horrea sua dicit q̄ econtra
p̄ solutionē earundē abūdantiā obtinent.
Nō ad ostendendū q̄ nūc sit graue pec-
catū nō soluere decias:non sufficeret alle-
gare qꝛ p̄ceptū fuit in veteri lege eas solue
re.nisi etiā autoritas illa ꝓ nunc nos obli-
garet in q̄ p̄cepit dñs decias inferēdas in
horreū suū. Sexto Ibidē Hieronimꝰ p̄
textu p̄dicte autoritatis veteris testamēti
dicit q̄ etiā nos penuriā aliqn̄ patimur ex
illa cā qꝛ decias nō soluimus. igit̄ innuit
q̄ etiā nos ad decimas sumꝰ obligati pre-
textu p̄dicte autoritatis q̄ est ve. testamēti.
Septimo sic. In c.decime.eadē cā et q̄-
stione dicit Augꝰ. q̄ deus noster q̄ digna
tus est totū dare:decimā a nobis dignatꝰ
est recip̄e nō sibi sed nobis ꝓfuturam. et si
tardius dare pcm̄ est:q̄nto magis pecca-
tū est nō dedisse.de militia.de negocio. de
artificio redde decimas.hec ille.q̄ sil' cōpa
rādo: ex q̄ de nobis ꝛ nostris tp̄ib; loquit̄.
et dicit q̄ deꝰ dignatꝰ est a nobis deciaꝫ re
cip̄e:p̄tendūt q̄ ꝓpter diuinū p̄ceptū q̄ deꝰ
sibi reseruauit decimā teneamur ad deci-
mā. Octauo sic. In c.qm̄.eadē cā ꝛ q̄ōe
dicit Hieronimꝰ q̄ decime male detente a

laycis: sunt diuini iuris, igit̃ innuit ꝙ ex iure diuino debent̃ clericis ⁊ male detinent̃ a laicis. Nono. In c. Admonem⁹. eadẽ cã. q. ij. Urbanus papa dic̃. Admonem⁹ et p̃cipim⁹ vt decimas oĩno dare non negligãt q̃s ipse deus dare ꝯstituit, etiam sic vult arguere. De⁹ ꝯstituit dandas esse decimas, igit̃ debetis eas dare. mõ nõ valeret ꝯñа nisi añcedẽs loqueret̃ de ꝯstitutione hodie obligãte ⁊ nõ sublata. Decimo In c. Decimas eadẽ cã. q. vij. btũs Gregori⁹ dicit. Oportet ꝯgruẽti⁹ nos decias et primitias q̃s iure sacerdotũ sancim⁹ ab oĩ ꝑplo accipe q̃s fideles dño p̃cipiẽte offerunt. iuxta illõ vaticiniũ Malachie ꝓphe. Inferte oẽm decimã in horreũ meũ. Hec ille. Ex q̃ arguit̃ q̃ loquẽs de nobis ⁊ nostris tpib⁹ vult ꝙ ideo fideles hodie debẽt offerre decias: q̃ dñs p̃cepit in veteri lege dicẽs. Inferte. igit̃ innuit illud p̃ceptũ hodie esse obligatoriũ. Undecio In c. puenit. ea. cã. q. vij. btũs Grego. p̃ceptũ q̃ p̃cipit̃ ꝙ dari debeãt decie sacerdotib⁹ vocat diuinũ preceptũ: decernẽdo ꝙ ei⁹ trãsgressor q̃ eas ꝯfert laicis aut aliĳs ꝑsonis q̃ sacerdotib⁹ q̃b⁹ debent̃: debet h̃ri inter maximos hereticos. Hec ille. mõ p̃cepti ñ obligãtis nullus dr̃ trãsgressor nec dign⁹ est ob hoc inter hereticos haberi. igit̃ vult ꝙ p̃dictũ p̃ceptũ dei hodie obligat. Duodecimo. In c. oẽs. ea. cã. q. vij. ꝯciliũ Rothomagẽse disponẽdo quõ sit ꝓcedẽdũ cõtra nõ soluẽtes decias p̃mittit in forma textũ veteris legis p̃cipiẽtis decimaꝝ solutionẽ ⁊ ex hoc ꝯsequẽter ꝓcedit ꝯtra nolẽtes soluere. Ex hoc igit̃ ordine p̃tendit̃ ꝙ ille textus veteris legis hodie obligat nos: tanq̃ illos ꝯtra q̃s merito põt ꝓcedi. Tredecimo. In c. decimas. eaď cã. q. vij. dicit ꝯciliũ Moguntinẽse. Decimas deo ⁊ sacerdotib⁹ dei dãdas Abraã fact̃ Jacob ꝓmissis insinuat ⁊ oẽs sctĩ sacerdotes cõmemorant. Hec ibi. mõ loquit̃ ꝑ tpe nr̃o et vult ꝙ tenemur ad eas dãdas ex diuĩa institutione ⁊ spũsſctĩ insinuatiõe. tꝫ ꝯñа. q̃ non oportet nos obligari ad aliq̃d qď abraã fecit vl' iacob ꝓmisit: nisi ꝑ q̃to abraã faciẽdo ⁊ iacob ꝓmittẽdo illud egerit vl' ꝓmiserit ĩspirat⁹ id facere vl' ꝓmittere nob̃ in exẽplũ silia faciẽdi. Itẽ si oẽs sacerdotes sctĩ illõ cõmemorãt, igit̃ moyses illõ cõmemorauit, q̃ ps. ait. Moyses ⁊ aarõ in sacerdotib⁹ ei⁹. g̃ si nos ideo tenemur ad eas q̃ oẽs sacerdotes cõmemorãt. igit̃ ꝟtute leg̃ mosaice ad eas tenemur. Decioq̃rto. In c. Maiores. ea. cã. q. vij. dicit Aug⁹. Maiores nr̃i ĩdo copĳs oĩb⁹ abũdabãt: q̃ deo decias dabãt ⁊ cesari cẽsum reddebãt. mõ q̃ discessit deuotio dei: accessit indictio fisci. nolum⁹ cũ deo partiri decias: mõ tollit̃ totũ. hoc tollit fisc⁹ qď nõ accipit xp̃s. Hec ille. Et sic vult ꝙ q̃ maiores s̃uabãt legẽ veterẽ p̃cipientẽ decias solui: iõ abundabãt. nos aũt q̃ illã nõ seruam⁹ incurrimus m̃lta mala. mõ nemo incurrit malũ ꝑ eo ꝙ nõ seruat legẽ diuinã nõ obligãtẽ ap̃li⁹. igit̃ vult ꝙ illa lex diuĩa hodie liget. Decioq̃nto. In c. q̃dragesima. de ꝯse. di. v. Greg. arguit. Jubemur a deo oĩm bonoꝝ nr̃oꝝ decias dare. ſꝫ ieiunare. xl. dieb⁹ est deo decias dare. igit̃ iubemur a deo. xl. dieb⁹ ieiunare. Hec ei⁹ argumẽtatio ñ valeret nisi p̃ceptũ ď decis dãdis ligaret etiã hodie in nouo testõ inq̃ztũ a deo latũ. sic̃ ⁊ ꝟba Gregorĳ met p̃tẽdũt: cum in p̃nti ait Jubemur. Deciosexto. In c. nouũ. extra de decis papa volẽs ostẽdere ꝙ hodie clerici nõ teneant̃ cleric̃ dare decias: allegat ad hoc q̃ lex diuĩa ñ mãdauerit hoc vtpote q̃ leuite nõ tenebant̃ aliĳs leuit̃ eas soluere. mõ illa allegatio ⁊ ꝯñа nõ h̃ret apparentiã nisi lex diuĩa q̃ ad p̃ceptũ disponẽs de decis etiã se vsq̃ ad nos extenderet. al's eñ ñ seq̃ret̃. in ve. le. nõ fuit h̃ debitũ. igit̃ nec nos nũc obligamur ad illõ. Decioseptimo. In c. parrochianos. extra eoď dicit Alex. terci⁹. Cũ decie ñ ab hoĩe ſꝫ ab ipso dño sint ĩstitute: q̃i ďbitũ exigi p̃nt. hec ille igit̃ cũ loq̃t̃ ꝑ tpe nr̃o: sequit̃ ꝙ vult ꝙ hodie sint hoĩes ad eas obligati ex p̃cepto ñ positiuo hũano ſꝫ diuĩo. ⁊ sic illud diuinũ hodie obligat. Decio octauo. In c. tua. j. extra eo. dic̃ Inno. terci⁹. ꝙ ipial' cõcessio neminẽ põt a solutõe deciaꝝ eximere q̃ diuina ꝯstitutõe debent̃. hec ille. igit̃ diuina ꝯstitutõ soluẽdi decias hodie obligat. Decimonono. In c. tua. ij. dic̃ ꝙ valď iniquũ esset ꝙ decie q̃s de⁹ in signũ vlis dominĳ sibi reddi p̃cepit cũ dimĩnutõe q̃dã. s. defalcãdo ex eis semẽ ⁊ sũpt⁹ culture solui possent. ⁊ loq̃t̃ ibi ď decis nr̃i tpis vt p̃ꝫ exp̃sse i tex. cũ igit̃ dicat ď ill' ꝙ de⁹ eas sibi reddi p̃cepit igit̃ etiã hodie decie sũt ď p̃cepto diuĩo ⁊ hodie obligãte. Uicesimo In eo.

c.tua.ij.dicit q̄ laici sunt cogendi ad exhi
bendas decimas clericis q̇bꝫ deus eas ꝑ
suo cultu ↄcessit.ꝛ loquit̄ de cōcessione in
veteri testamēto facta.ꝛ ibidē etiaꝫ dicit q̄
p̄textu nequitie clericorū neq̄unt laici eas
erogare alijs q̄ꝫ illis q̇bꝫ ex mādato diuīo
debent̄.ḡ p̄supponit eas ex diuīo mādato
hodie deberi clericis. Itē etiā sequit̄ q̄ ho
dierne decime sunt ille q̄s deꝰ in veteri le-
ge ↄcessit.sed ille fuerunt p̄cepte a deo.igit̄
hodierne etiā sunt p̄cepte a deo. Vicesi-
mo p̄mo. In ca. In aliq̇bꝫ.eodꝫ titl'o. dicit
Innocētius in ↄcilio generali q̄ ille decīe
necessario sunt soluēde q̄ debent̄ ex lege di
uina vl' loci ↄsuetudīe approbata. ergo ad
aliq̄s decimas hodie tenemur ex lege di-
uina.ꝛ sic p̄ceptū legis diuine de decimis
est hodie obligatoriū. Vicesimosecūdo
In c.cū nō sit.extra eodem dr. q̄ exq̄ dn̄s
deꝰ in signū vniuersalis dominij q̄si q̇daꝫ
titulo speciali sibi deciās reseruauit. Ideo
in p̄rogatiuā generalis dominij debeat so
lutio decimaꝝ p̄cedere exactōem tributo-
rū ꝛ censuū q̄s dn̄i ꝑticulares ꝛ tꝑales exi
gunt. Modo si vetꝰ lex ꝑ quā dn̄s p̄cipiē
do solutionē decimaꝝ sibi deciās reserua-
uit dandas suis mīstris hodie nō obliga-
ret nos:nō oporteret q̄ ergo in illiꝰ domi-
nij generalis p̄rogatiuā deberet solutō de
cimaꝝ p̄cedere exactōem tributoꝝ. qꝛ exq̄
lex vetus esset mortua nō obligās ampliꝰ
etiaꝫ dn̄s illo signo sui vniuersal' dominij
renūciasset. ideo in p̄rogatiuā eiꝰ qđ nō est
nō oporteret hāc solutōem illiꝰ exactioneꝫ
p̄cedere. Insuꝑ p̄ter hec oīa Alexāder đ
Ales vbi supra.s.q.lj.dicit.q̄ eccl'ia p̄cipit
decimas sicut cēsum dn̄i general' autorita
te diuīa Hec ille. Et sic etiā s̄m eū sunt de
bite iure diuino hodie obligāte.

Pro predictorū solu

tione p̄mittēde sūt q̄nqꜫ suppositiōes. Pri
ma q̄ si aliqđ p̄ceptum iudiciale veter' le
gis de nouo assumat̄:et hoc ab eccl'ia pa-
pa vl' imꝑatore. tūc exq̄ illud fuit aliq̄n di
uinū p̄ceptū:sepe nō incongrue ↄtingit q̄
illud(licet amplius non obliget v̄tute illiꝰ
legis diuīe) adhuc dicat̄ diuinū p̄ceptum
Et hoc ex triplici ratōe ↄtingit. Prima qꝛ
exq̄ aliq̄n fuit diuinū p̄ceptū tūc hoc voca
bulū scꝫ diuinū p̄ceptū semꝑ est natuꝫ sibi
cōuenire eo q̄ ꝓpđ de p̄terito vera sꝑ ē ve-
ra. Secūda. qꝛ res sepe obtinet nomē ab
euētu p̄terito queādmodū Symō phari-
seus in historia de cena ꝑ xp̄m apđ cū ha-
bita dr leprosus Matth.xxvj.ꝛ tn̄ ꝑ tunc
nō erat leprosus:sed qꝛ priꝰ fuerat talis ob
tinuit hoc nomē Et idē pōt videri in legi-
bus hūanis q̄ aliq̄ lex nos hodie obligās
dicit̄ illiꝰ vel alteriꝰ legislatoris puta solo-
nis ꝛ tn̄ nō ligat nos virtute illiꝰ legislato-
ris.sed qꝛ ꝑ nostrū suꝑiorez fuit assumpta.
Tercia rō.qꝛ q̇libet legislator optat suā le
gē quā īstituit videri rōnabilē ꝛ dignā ob
seruari. Nō lex ab hoīe instituta accipit
magnā rōnabilitatē et dignitatē ex hoc q̄
deus olī eā instituerat.nisi deꝰ post eius in
stitutionē ꝛ deobligationē ꝑ se vel ꝑ alios
ꝓhibuerit eā obseruari.qđ dico ꝓpter cere
moniales leges q̄s instituit ꝛ postea ab ea
rū obseruantia nos deobligauit.ꝓhibens
etiā ꝑ se vel ꝑ ecclesiā nos ab eaꝝ obseruā
tia.secꝰ de iudicialibꝫ q̄ꝝ obseruātiā reliq̄t
in arbitrio eccl'ie ꝛ suꝑioꝝ nostroꝝ. Nimi
rū igit̄ si eccl'ia.papa.vel imꝑator reinstitu
endo aliqđ p̄ceptū iudiciale veteris legis
ip̄m diuinum vocet.vt sic maior rōnabili
tas appareat ad obligandū hoīes ad ipsū.
p̄sertim si illđ disponit suꝑ tali materia in
q̄ illi q̇bꝫ de nouo imponit̄ debēt eē nō mi
nus ꝑfecti sed eq̄ vl' ꝑfectiores illis q̇bꝫ de
us illđ iposuerat. Sic in ꝓposito exq̄ p̄ce
ptū de q̄tta decimaꝝ dāda fuit aliq̄n a đo
latū in veteri lege ꝛ ꝑ aduentū ꝛ mortē xp̄i
fuit factū nō obligatorium ꝛ eccl'ia postea
ip̄m reassūpsit ip̄m renouādo:retinuit no-
mē vt nōnunqꜫ dicat̄ esse diuinū p̄ceptuꝫ
ex p̄dict' causis. Et signāter ex ea qꝛ dare
aliq̄ntā ꝑtē in sustētationē mīstroꝝ est actꝰ
iusticie distributiue.ꝛ veteres fuerūt obli-
gati ad dandū determiāte tātā ꝑtē.s.deci-
mā.ꝛ nos in noua lege nō minꝰ liberales
ad mīstros noue leg' q̇ sūt nobiliores mi-
nistris ve.leg'.vt patet.ij.Coꝝ.iij.sed ma-
gis ꝑfecti debemꝰ esse.iuxta illđ.nisi abū-
dauerit iusticia vr̄a Matth.v. Nimiꝝ q̄
illđ denuo potuit nobis iponi et q̄ dicat̄
p̄ceptū diuinū ex causis dict'. Et hoc etiaꝫ
ꝓpheτauit Esaias.vj. c.loq̄ns đ eccl'ia no
ui testi q̄n dicit.ꝛ adhuc i ea decimatio.vt
ibidē exponit Nicolaꝰ de lyra. Secūda
suppō. Aliqđ p̄ceptū dicit̄ diuinū dupl'r

Uno modo q2 olim fuit a deo latū vt ob-
ligatoriū ꝛ etiā hodie virtute diuīe institu
tionis obligat. ꝛ sic p̄cepta legis euāgelice
dicunt̄ diuina ꝛ moralia p̄cepta veteris le-
gis saltē in ordine ad illos q̄b9 est data ve-
tus lex ꝛ ad q̄s quo ad moralia est extensa
Secundo q̇a a deo fuit olim latū et obli-
gatoriū. sed nūc nō obligat ꝟtute illius le-
gis sed tm̄ ꝟtute legis positiue hūane que
cā assumpsit ꝯformādo se diuīe institutōi.
et hoc modo iudicialia veteris legis a p̓n
cipe vel alio sup̱iori renouata: dicunt̄ di-
uina ꝭm ea q̄ dicta sunt in p̓ma suppositōe
īmediate p̄cedente. Tercia suppositio et
sequit̄ ex secūda. Aliq̄d hodie esse debituꝫ
de iure diuio pōt intelligi dupl'r. scꝫ aut p̓-
mo aut secūdo mō capiēdo p̄ceptū iurꝭ di
uini. nō em̄ tercio modo capiēdo p̄ceptuꝫ
iuris diuini pōt dici aliq̄d esse debituꝫ de
iure diuino. q2 de iure nullo mō obligāte
sicut est illud in tercio modo: nihil est debi
tum. Unde illa q̄ sunt debita ex iure di-
uino secūdo mō: nō sunt debita de iure di
uino vt obligante sed tm̄ vt alludente vel
ꝯsonante. sed sunt debita tm̄ de iure hūa-
no vt obligāte et de diuio tm̄ vt alludente
et ꝯferente apparentiā rōnabilitatꝭ ipsi hu
mane institutōi vel ratiocinatōi illi9. Hoc
mō sepe sunt ꝯstitute in canonib9 aliq̄ con
stitutōes humane. ꝛ hoc occasione iurꝭ di
uini veterꝭ. ita ꝙ papa vel eccl'ia fundauit
suam ꝯstitutōem in iure diuio: tacite ꝓbā-
do eā rōnabilē ex hoc ꝙ sil'e vel idē fuit sta
tutū in veteri lege. ꝛ sic etiā tacite voluit eā
esse aliq̄ mō diuini iuris Et de hoc possūt
poni sex exēpla. Primū In c. sicut. de cō-
secra. dist. j. statuit Felix papa ꝙ null9 de-
beat missam celebrare nisi in locis conse-
cratis ab epis. Et volēdo ꝓbare ꝙ hoc sit
merito seruandū allegat p̄ceptū veterꝭ le-
gis: dicens. vnde scriptum est. Uide ne
offeras holocausta tua in omi loco quē vi
deris. sed in oī loco quē elegerit dn̄s deus
tuus. Et tn̄ illud p̄ceptū veteris legis am-
plius nō obligat. imo ꝓ q̄nto est affirma-
tiuū ei9 obseruātia esset mortifera. q2 est vt
sic ceremoniale. sed q2 alludebat suo statu
to ꝛ ostendebat simile posse statui in sacri-
ficio noue legis: ideo ip̄m allegabat. Se
cundū est In c. solennitates. eadē dist. vbi
Gregori9 papa voluit ꝙ solēniter celebra-
ret̄ festū dedicatōis eccl'ie oī anno. Ad q̇
obseruandū allegat: q2 christus hoc obser
uauit. Itē voluit ꝙ celebraret̄ octo dieb9.
Ad q̇ allegat factū fideliū veteris legis.
Et tn̄ tam factū christi q̄ȝ alioꝝ celebrātiū
dedicatōeꝫ tēpli fuit obseruātia p̄cepti ve-
teris legis vel poti9 traditōis hūane ipso-
rū patrū ampli9 nos nō obligātꝭ ex veteri
lege nec ex veteꝝ patruꝫ autoritate. alioq̄n
lā inq̃ habet a iure positiuo, ita ab eodem
iure habet ꝙ suā vim extendat ad hoc vel
ad illud vel ꝙ extendat suam vim ad ꝑpe
tuum vel ad tēpus, ⁊ ita si ecclesia expresse
statuisset circa aliquam determinatā legeꝫ
positiuā ꝙ nulla prescriptio valeret cōtra
illam quin etiā post imemorabilē obseruā
tiam factam in cōtrariū: illa lex essꝫ adhuc
valida. vel saltē si esset abrogata esset reno
uabilis per sententiā etiam iudicis inferi-
oris puta epi. tunc posset iudex sententia-
re ꝺm illam legem: nō obstante obseruan-
tia ꝑ tēpus imemorabile de ꝯtrario. Mo
do videtꝫ ꝙ cōsuetudo qua episcopi vel of
ficiales eorū cōsueuerunt tales sententias
ferre faciat talem interp̄tationeꝫ circa legē
dādi decimas q̄si scꝫ sit lata ab ecclesia ta-
liter ꝙ ecclesia voluerit ipsam etiā ꝑ obser
uantiā per imemorabile tempus cōtinua-
tā in ꝯtrariuꝫ adhuc esse valiturā et ꝙ ꝺm
ipsam possit iudicari ⁊c. Ad hoc inquaꝫ
forsan diceretꝫ per ea que dicta sunt supra
de differētia cōsuetudinis ⁊ p̄scriptōis q̊-
modo differenter a diuersis iuribꝫ suas vi
res habeant aut cōtrahāt. Secūdo po
test dici ponendo tres veritates ꝓbabiles
Prima ꝙ error iuris impedit p̄scriptio-
nē cōsuetudinis. Exemplum. Jn quodaꝫ
loco mortua vxore q̇dam retinuit dotem
quasi de iure esset lucratus et ita credebat
populus. ⁊ ita fecerūt alij per triginta an-
nos. demū apparuit q̇dam iurisperitus di-
cens ꝙ hoc nō erat iuris. talis error impe
dit cōsuetudinem. quia cōsuetudo nō in-
ducitꝫ sine affectu tacito populi. quādo au
tem populus facit cōtra ius ⁊ credit face-
re ꝺm ius: non videtꝫ velle inducere cōsue-
tudinē sꝫ vti iure cōmuni qꝛ ita credit esse
de iure. Cum ergo affectus deficiat nō in
ducitur cōsuetudo. Secūda veritas qꝫ

aliqui frequentant actus aliquos credentes illos esse ſm legem cui volunt se cōformare ⁊ tn̄ sunt ꝯtra legem, tunc quātūcunqꝫ eos sic credendo frequentent nō introducit̄ ex eis ꝯsuetudo seu ius sic de cetero agendi. Exemplū. Lege cauetur ꝙ hereditas paterna equaliter diuidatur inter liberos, populus c̄redēs ꝙ de iure sit ꝙ p̄mogenitus succedat in totū ⁊ vtit̄ sic decē annis credens sic esse de iure, talis error impedit consuetudinē induci. quia populus credens sic esse de lege scripta non tollit legem q̄ noluit. Vn̄ lex non potest dici tolli ꝯtrario cōsensu populi quia hoc nō voluit quia nemo vult tollere id quod nescit

Tercia veritas Quando aliqui frequētant aliq̄s actus q̄ tamē sunt preter legeꝫ ⁊ errant in causa finali et principali tunc nō inducit̄ cōsuetudo ex eis seu ius sic agēdi, quia cessante causa cessat effectus, ⁊ sic nō reputat̄ ꝯsensus interuenisse. Item etiā error iuris naturalis ⁊ diuini impedit ꝯsuetudinē. De istis veritatibus tanq̄ ꝓbabilibus remitto ad Albericum in lectura sua parte. j. ff. ve. in. l. de quibꝫ. ⁊ in. l. ꝙ nō ratione. de leg. ⁊ sena. cōsul. ⁊ long. ꝯsue.

Applico ad ꝓpositum has veritates. Primā sic. Officiales sentētiando ꝯtra subditos in casu predicto et fundando se in opinione canonistarū credentiū quottā decime esse de iure diuino et silr̄ ꝙ de omnibꝫ debeat dari salteꝫ p̄dialibus bonis etiā sit de iure diuino, ⁊ per cōsequens ꝙ illud sit inabrogabile: errant in iure, igit̄ sic errādo nō introducent ꝯsuetudinē seu ius sic sententiandi. Secundā veritatē sic applico. Tales crediderūt h̄mōi sentētias esse ſm legem diuinam ⁊ se declarare per suas sententias illos laicos esse obligatos virtute legis diuine. ⁊ tn̄ q̄ntum est ex lege diuina non sunt obligati imo liberi, ⁊ ꝑ cōsequēs non declarandi nec grauandi vt tales, declarare aūt aliquē tanq̄ ex lege diuīa grauatum vel obligatum qui nō est ex ea obligatus nec grauat⁹ vel grauandus: est cōtra legem diuinam. Terciam autem sic. Quia tales actus sententiandi etiam si nō essent contra legem sed preter legem, vtputa quia fideles soluere decimā non est contra legem, quia non peccant soluēdo in p̄dicto casu, licet in eodem esseꝫ preter legem tamē causa finalis et principalis cū sic sententiauerunt fuit, quia credebant quia nisi sic sententiarēt ꝯtrauenirent legi diuine obliganti illos ad solutioneꝫ. ⁊ sic videt̄ ꝙ predicta fuga ad quā diuerteret iudex vigore cōsuetudinis etiam sit preclusa. Que omnia inq̄sitiue dixisse valui vt detur occasio cogitandi latius. desuꝑ cōmittēs negocium iudicio melius intelligentium.

Nunc autē redeo ad illud quod suspēsum fuit supra in tercio correlario, scꝫ. q̄ntum tempus requirat̄ ⁊ sufficiat ad illā cōsuetudinem quatenus laici sint tuti salteꝫ in foro ꝯscientie suꝑ non solutione quotte in casu eiusdē correlarij. Ad quod respōdendo pono tres ꝓpositiōes vel tria dicta.

Primū. ꝙ si talis consuetudo bona fide durauit per tēpus de cuius initio non est memoria Illa sufficit eos excusare: ita ꝙ etiam non oportet eos titulum aliquē allegare vel ꝓbare. Probat̄. quia q̄uis quando aliquid prescribitur cōtra ecclesiam et ius cōmune vel p̄sumptio est contra p̄scribentem non sufficiat bona fides sed etiam sit necessarius titulus qui possessori causam tribuat prescribendi. tamen ab illa regula excipit̄ nisi tanti temporis alleget̄ p̄scriptio cuius ꝯtrarij memoria non existit vt dicitur c. j. de p̄scrip. li. sexto. sic auteꝫ est in casu huius dicti, quia ꝯsuetudinem de qua loquitur hoc dictum cōcomitat̄ prescriptio cōtra ecclesiam, ⁊ ius cōmune resistit laicis prescribentibus. igitur ex q̄ tanto tēpore durauit sufficiet bona fides eoꝝ sine titulo. Adeo ꝙ supposito (sicut veritas est) ꝙ quotta decime sit tm̄ de iure positiuo in casu correlarij: illud dictum nullam deberet habere difficultatem apud dn̄os canonistas. Imo ipsi idipsum dicerent si tenerēt ꝙ quotta decime est de iure tm̄ positiuo, ita em̄ est in alijs rebus vel iuribus ecclesiaꝝ ꝙ per predictū tempus possunt prescribi etiam p̄scriptōe acquisitiua dūmodo bona fides assit: licet p̄scribens nullum titulum habeat ⁊ ei ius cōmune resistat vel presumptio sit contra eum. tollitur enim illa resistentia ⁊ presumptio per tantam tēporis ꝓlixitatem. Unde etiā in hoc casu deberent esse tuti in foro contentioso sicut in alijs rebus ecclesiarum essent tuti si eas tanto tempore prescripsissent. Nam

n̄on dubito si plebani cōuenirēt suos sub
ditos sup̱ solutione p̄mitiarum ⁊ laici alle
garent p̄dictam p̄scriptionem, nemo offici
alium cōdemnaret eos ad solutionem ea-
rum, imo facerent sibi cōscientiā si eos cō
demnarent ad solutionē, ⁊ tamen nō plus
est q̄tta decime debita q̄̃ sint primitie tam
de iure diuino loquendo q̄̃ hūano. Se
cundum. Si predicta cōsuetudo bona fi-
de durauit per quadraginta annos ⁊ lai-
ci habeant titulum: iterum sufficit illa con
suetudo eos excusare in foro ꝯscientie. sal
tem si illa decima ptinuit ad aliam ecclesi-
am q̄̃ ad romanā. Imo etiam in foro con
tentioso deberet eos excusare non obstan
te ꝙ ius cōmune resistat eis. Probatur, q̄
ita est in alijs rebus vel iuribus ecclesia-
rum inferiorum respectu romane ecclesie
ꝙ possunt tanto tempore prescribi cōcur-
rentibus bona fide et titulo. non obstante
ꝙ ius cōmune resistat prescribēti. ⁊ hoc lo
quendo tam de acquisitiua p̄scriptione q̄̃
de liberatoria seu deperditiua vt patet in
c. de quarta. vbi casus est de p̄scriptione li
beratoria. ⁊ in c. si diligēti. vbi casus est de
prescriptione acquisitiua. extra de p̄scrip.
et in c. j. eodē c. li. vj. Modo talis prescri-
ptio currit in casu predicte consuetudinis
Igitur. Et dicit̄ notanter saltem ⁊c. quia
si ptineret ad ecclesiam romanā requirere
tur spacium centum annorum. vt in c. ad
audientiam. ⁊ c. cum nobis. et c. si diligen-
ti. Unde etiam per predicta capitula pat;
ꝙ in foro cōtentioso deberent in hoc casu
esse tuti, ita ꝙ contra eos non deberet sen-
tentiari. Sed ꝙ non ita fit est: quia p̄sup-
ponitur ꝙ q̄tta sit de iure diuino, ideo nō
valeat contra eam prescriptio vel consue-
tudo, sed illud presuppositum est sufficien
ter improbatū. igitur. Tercium dictū
quod credo ab aduersarijs nō recipiet̄ ꝑ
ut nec ego ipsum firmo: ponam tamē ipm
ex causa postea tangenda. siue sit verū siue
non, et est. Q si predicta cōsuetudo bona
fide durauit per quadraginta annos ⁊ lai
ci non habeant titulum tunc licet sit diffi
cultas ⁊ specialiter quo ad forum conten-
tiosum si laici predicti valeant esse tuti ta-
men quicquid sit de practica fori conten-
tiosi q̄m volo loqui de foro cōscientie tūc
nihil hic asserendo sed solum disputatiue

procedendo quatenus detur occasio vi-
ris scolasticis desup̱ latius cogitandi ⁊ ci-
tius assentiendi saltem primo dicto Dico
ꝙ videt̄ posse disputatiue et scolastice de-
fensari ꝙ in casu p̄fati correlarij sint deob
ligati a quotta, lic; ego nolim quenq̄̃ in h̄
casu quoq̄̃ modo assecurare. Pro cui⁹ in
tellectu premitto quatuor suppositiōes q̄s
probare conabor per sententias collectas
ab aduersarijs. vt sic ex ꝓprijs contra eos
disputare queā. Prima est. ꝙ est duplex
prescriptio sc; acq̄sitiua et deperditiua seu
liberatoria. ꝙ autem sit talis diuisio ponē
da probaui supra correlario quarto in so-
lutione tercij fundamenti ipsius quinti ar
gumenti. Secunda suppositio. Min⁹ re
quiritur ad prescriptionē deperditiuā q̄̃
ad acquisitiuam. Probo quadrupliciter.
Primo, quia facilius est destruere q̄̃ con-
struere, igitur facilius est ꝙ quis p̄scribat
prescriptione deperditiua qua sc; destrui-
tur et perditur ius quod alius habet con
tra eum ⁊ sese liberet ab eo: q̄̃ ꝙ prescribat
prescriptione acquisitiua qua sc; rem que
est alterius acquirat sibi. Item in prescri
ptione acquisitiua requirit̄ actus posside-
di vel quasi possidendi ⁊ factum prescribē
tis. Sed in deperditiua hoc non requiri
tur, imo illa fit sine facto prescribentis ⁊ ꝑ
omissionem eius vel aliquādo per omissi
onem alterius, modo facilius est nihil fa-
cere ⁊ omittere q̄̃ aliquid facere. Secū-
do sic, quia facile res redit ad naturā suā
et facilius q̄̃ aliorsum trahatur contra vel
preter naturam suā, modo libertas est na-
turalis homini ⁊ similiter naturali⁹ est cui
libet rei esse liberam q̄̃ oneratam seruitu-
tibus vel obligationibus, ⁊ per conseq̄ns
si tibi sum obligatus vel res mee sunt one
rate aliquo onere: facilius fiet ꝙ ego ⁊ res
mee deobligemur q̄̃ ꝙ res mee prius tibi
vel alteri non obligate: incipiant tibi fieri
obligate. et per consequens facilius fiet ꝙ
ego prescribam contra te liberando me et
res meas a tuo onere et obligatione q̄̃ ꝙ
ego aliquam rem tuam p̄scriberem acqui
rendo eam, aut econtra tu meam. ⁊ maxīe
id natum est fieri quando illa obligatio q̄
res mee tibi sint obligate esset ex iure posi-
tiuo, quia sicut ius positiuum est mutabi-
le ⁊ abrogabile cōtraria consuetudine: ita

ius quod tu habes ad me vł ad res meas
ex illo positiuo iure erit extinguibile. Et
hoc magis vel saltē non minus ꝙ̄ si ex ali
quo cōtractu essemꝰ ego ⁊ res mee tibi ob
ligati. quia quod ex cōtractu tibi debetur
hoc tibi debetur ex radice que fundat̄ in
iure gentiū. cōtractus em̄ fere sunt omnes
de iure gentium. Jus aūt gentiū est stabi-
lius iure positiuo. Tercio ꝓbatur. quia
quando agitur de prescriptione seruitut̄
acquirēde que prescriptio est acquisitiua
non p̄sumitur quis bone fidei. ideo opor-
tet ibi allegare titulum: ꝙ̄uis non ꝓbare. ⁊
tamen nec ꝓbare nec allegare oportet titu
lum in prescribenda libertate que prescri-
ptio est depditiua vel liberatoria. imo p̄su
mitur quis facile bone fidei. ꝓut vult Pa-
nor. in c. si diligenti. ergo iteruʒ patet ꝙ nō
tot ⁊ tanta requirit̄ in p̄scriptione liberato
ria sicut in acquisitiua. Jmo vt ibidē tan-
git etiam in p̄scribenda seruitute sufficit ꝓ
bare aliquid ꝓpter quod ipse motus fuerit
ad credendum seruitutem sibi competere
puta famā in vicinia vel signa vie ibi fuis-
se vel alia verisimilia que possunt animuʒ
inducere ad illam credulitatem. Preterea
refert ibidem Jnnocentiū dicentē ꝙ in p̄
scribenda seruitute sufficit ꝙ per longum
tempus scʒ per decem annos inter presen
tes ⁊ per viginti inter absentes. et per qua
draginta contra ecclesiam vsus fuerit ser-
uitute illa dn̄o sciente ⁊ non cōtradicente.
Hec ibi. Quarto ꝓbatur: quia aliq̄ ma
gni canoniste ⁊ legiste tenent ꝙ in prescri-
ptionibus deperditiuis que scʒ fiunt sine
possessione ⁊ facto prescribentis. ⁊ ꝑ quas
non acquiritur aliquid alterius sed tm̄ li-
berat̄ aliquis: non requirit̄ fides etiam de
iure canonico loquendo. et per ꝯsequens
multo minus requirit̄ titulus. quia fides
bona magis requirit̄ ad prescriptioneʒ ꝙ̄
titulus. tum quia titulus requiritur ꝓpter
bonam fidem. nā qn̄ quis p̄sumitur male
fidei tūc per titulum elidit̄ presumptio. tū
secundo quia de iure canonico fides req̄-
ritur in omnibus prescriptionibus acq̄si-
tiuis ⁊ tm̄ titulus nō in omnibus talibus
requiritur. Assumptum aūt patet de Bar
tholo. Hostiensi ⁊ Panor. ꝓut diffuse vi-
dere poteris Panor. in c. vltimo de p̄scri.

Nec curo in ꝓposito si et quomō illud
eorū dictū sit verū vel nō. sufficit em̄ mihi
pro p̄senti scolastico certamine ꝙ tanti vi
ri assumpserunt frontē dicendi ꝙ etiam de
iure canonico non requirit̄ fides bona in
omnibꝫ p̄scriptionibꝫ. ⁊ hoc dixerūt in de-
perditiuis nō obstante ꝙ vl'iter ⁊ indistin
cte ius canonicum clamet ꝙ necessaria sit
bona fides. Cur ergo nō esset alicui frons
scolastice loquēdo ad dicenduʒ ꝙ non tot
et tanta requirant̄ ad p̄scriptionem depdi
tiuam sicut ad acquisitiuam. etiam si iura
non exp̄sse distinguerēt inter eas. Quar-
to ꝓbatur. quia quando prescriptio est de
perditiua perdit̄ ius illius ꝯtra quē currit
prescriptio: ita ꝙ p̄scriptio directe respicit
illud ius extinguendū. ⁊ sic respicit desitio
nē. nō est aūt tanta necessitas ꝙ in desitio-
ne rei cōcurrat titulus sicut in acquisitiōe
rei. Tercia suppositio. Jn p̄scriptiōe re
rum incorpalium cuiusmodi sunt iura nō
requirunt̄ tot et tanta sicut ad prescriptio
nem rerum corpalium. patet. nam glo. in
c. cum ecclesia de causa possessionis dicit
ꝙ speciale est circa incorpalia ꝙ non opor
tet allegare titulum ⁊ ꝙ sola patientia ha-
betur pro titulo. ⁊ tamen loquit̄ ibi etiam
de acquisitiua p̄scriptione. Et Jnnocētiꝰ
vt refert Panor. in c. de quarta. dicit. ꝙ in
incorporalibꝫ p̄scribendis et acquirendis
vt in seruitutibus ⁊ iuribus si habēt cau-
sam cōtinuam non req̄ritur titulus. sic tm̄
requiritur in alijs imobilibꝫ bonis. qꝛ ma
ius preiudiciū est in imobilibus quia ibi
perditur res. vnde in seruitutibus sufficit
solus vsus tēpore legitimo. licet illō Pa-
nor. multū limitet in c. de quarta. Quar-
ta suppositio. Quandocunq̄ ius cōmune
disponendo aliquid fundat se super pre-
sumptione: tunc cessante p̄sumptiōe cessat
illa dispositio saltē in foro cōscientie. Exē
pla possunt poni. sed remitto ad scribētes
circa c. qꝛ pleriq̄. de imunitate ecclesiaꝝ.
Jllis suppositionibꝫ p̄missis arguo qua
drupliciter pro tercio dicto. Primo ex p̄
ma suppositione sic. quia si tercium dictuʒ
non esset verum: maxime hoc essʒ quia iu
ra canonica expresse dicunt ꝙ quando p̄-
scribitur res ecclesiastica ⁊ ius cōmune vł
presumptio resistit p̄scribenti. tunc nō suf

ficit bona fides ꝛ tempus legitimū sed requiritur etiam titulus. vt patet in c. si diligenti. de pscrip. ꝛ c. j. eo. tit. li. vj. Sed hoc non impedit. quia dici posset ꝙ illa capl'a loquunt in pscriptione acquisitiua ꝛ non in depditiua. Et hoc potest psuaderi dupliciter. Primo. quia casus vtriusqꝫ capituli fuit vbi quidam ptendebant se acquisiuisse ius ptinens ad aliam ecclesiam. puta in c. si diligenti. eps Pisanus pretendebat se acquisiuisse ius exigendi iuramentū a quodā duce vel iudice ptinente ad ecclesiam romanā etiam iure cōmuni resistēte ipsi epo. Similiter c. j. codē titulo li. vj. quidam eps ptendebat se acquisiuisse ecclesias et decimas in alia diocesi vbi etiaꝫ ius cōmune ei resistebat. ꝛ de illo dicit papa ꝙ oportet eum allegare titulum. est pbare. coꝙ ius cōmune faciet contra eum. Secundo. quia in c. de quarta. fuit facta prescriptio depditiua iurꝭ quarte decimarum ꝛ tn̄ ibidem cōmemorat solum bona fides ꝛ tempus. xl. annorum pro iustificatione. ꝛ nulla fit mentio de titulo et tamen non plus tenent laici ad quottam decime clericis ꝙ̄ clerici ad quartam decime ipsi epo. Secūdo ex secunda suppositōne sic arguitur. Non tot et tanta requirūtur ad deperditiuam sicut ad acquisitiua Igitur cum in casu illius tercij dicti assint tēpus et bona fides: videtur ꝙ nō requirat etiā tercium videlicet titulus. alias oīa q̄ ad acquisitiuam requirerent etiam exigerentur in deperditiua. Confirmat. quia fundamenta secūde suppositōnis specialr pnt applicari pdicte prescriptioni quotte laicorum. quia ibi est pscriptio qua aliq̄d destruit ꝛ non cōstruitur. ꝛ qua res redit ad naturam suam ꝛ libertatem ꝛ ipsa obligatio fuit orta non ex contractu sed ex statuto positiuo. et agitur ibi de pscribenda libertate et non de acquirenda seruitute.

Quartum etiam fundamentum specialiter potest huc applicari aliquo modo. naꝫ casus in quo Panor. dicit nō requiri bonam fidem est qn̄ debitor non tenebat offerre debituꝫ creditori donec peteret. et ita cessando a solutione non fuit in negligentia toto tpe requisito ad prescriptionē: per quod tempus creditor non petiuit fm casum. modo stat ꝙ saltem in aliquo loco cōsuetudo habet ꝙ non teneat quis offerre decimam ecclesie donec rector petierit. licet q̄tum esset de iure teneret met ei offerre imo psentare si exēplo veteris legis debeamus loq̄ de iure canonico. quia in veteri sic tenebant. sed circumstātia illa potest consuetudine tolli. Quo casu stāte videtur ꝙ qua fronte pdictus debitor tandem liberabit: etiam illi liberabunt. et tamen non oportet dicere ꝙ ibi nō sit bona fides. vt dicūt pdicti doctores. imo est ibi bona fides. quia conscius est sibi ꝙ nō tenetur offerre sine petitione stante casu illo nec habet ꝯscientiam rei aliene inuito domino ꝛc. Tercio arguo ex tercia suppositione applicādo eam ad ppositum. Nā ius decime est quid incorpale. igit regulariter minus requiritur in pscriptōne eius saltem depditiua. eo ꝙ etiam alias in acq̄sitiua rerum incorpalium minus requirit q̄ in acquisitiua rerum corporaliuꝫ. ergo si assunt bona fides ꝛ tempus. xl. annoruꝫ non oportet titulum requiri. Aut si q̄d vltra hoc requireret pro psumptiōe bone fidei videret sufficere probare famā in vicinia de libertate prediorꝫ illius loci aut q̄d consimile. vt supra in tercia pbatōe secunde suppositionis est tactum etiam in acq̄sitiua pscriptōne seruitutis que tamen est magis odiosa. Quarto arguo ex quarta suppositione sic ad ppositum. Causa q̄re ius canonicū in supradictis capitulis disposuit ꝙ ad pscriptionem rei ecclesiastice vbi resistit ius cōmune debeat etiā cōcurrere titulus: fuit. quia scꝫ psumit ꝙ nisi assit titul⁹ pscribēs sit in mala fide. titul⁹ eniꝫ non requiritur nisi ad tollendū psumptionem male fidei. ꝛ sic dispositio pdicta fundatur super presumptione. ergo si illi presumptioni non subest veritas vtputa q̄a prescribens est sibi conscius de bona fide non oportebit eum habere titulum p foro conscientie quicquid sit de foro cōtentioso. Nam etiam in foro contentioso ad prescriptionem nō requirit verus titulus quia tunc prescribens non indigeret prescriptione. sed sufficit putatiuus. quia nihil videtur facere nisi ꝙ iudex psumat prescribentem fuisse in bona fide. qui si vide

ret occulta cordium videretur non requirere allegationem tituli. igitur cum prescribenti ꝯstet de occultis sui cordis ⁊ sua bona fide sequitur propositum in foro cõscientie. Siue igitur illud tercium dictum sit verum siue non. ⁊ siue probationes ille ipsum attingant sufficienter siue non, nõ multũ insisto nec super hoc contendo, nec aliquem in tali casu assecurare volo. quia etiam si probationes predicte vel alie ipsum efficaciter probare nõ valeant, vt puta quia sit falsum, tamẽ ad hoc saltem valebũt pro quo et ipsas adducere volui: vt aduersarij recognoscant saltem primũ dictum fore verum, quia ex quo non est omnino nulla apparentia de veritate tercij dicti. longe ergo magis primũ dictũ apparebit esse verum. Et quia veritas primi dicti multum fauet saluti innumerabiliũ laicorum qui quottaȝ nõ soluunt aut nõ de omnibus etiam predialibus aliquid soluunt: innitentes cõsuetudini non soluendi quã fide bona per tempus ĩmemorabile introduxerunt. Ideo hec ita disputasse volui tam ꝓ eis ꝙ̃ etiam pro consciẽtia ipsorum iudicum ecclesiasticorũ qui ꝑdictos laicos condemnant ad solutioneȝ ꝙ̃te etiam in casu primi dicti cõmuni fũdamento iuristarũ innitentes, quod tamẽ supra satis extat reprobatum. Et si primuȝ est verum etiam secundum erit veꝝ. quia pari passu ambulant prescriptio bona fide per tempus ĩmemorabile sine titulo cõtinuata, ⁊ prescriptio bona fide per tẽpus quadraginta annorum continuata titulo cõcurrenti. Et si arguatur Ista duo non videnẽ posse sil'stare scȝ ꝙ laici ꝑdicti habeant bonã fidẽ ⁊ tñ ius cõmune eis resistat saltem si sciunt illud ius comune, quia si sciunt ipsum tunc credunt se obligatos, et sic habent malam fidem. si aũt credunt se nõ obligatos: tunc errant in iure. quia sunt obligati saltem nõdum completa ꝑscriptiõe. Dicendum ꝙ hoc argumentũ potest retorqueri contra arguentem. quia si cõcluderet tunc etiam cõcluderet ꝙ nũꝙ̃ contingeret aliquem prescribere rem ecclesiasticam vbi ius cõmune sibi resisteret. ⁊ sic vana ⁊ superuacua esset dispositõ que habetur in capitl'o de quarta. ⁊ capitulo si diligenti, de prescrip. ⁊ c. j. eodem titulo libro sexto. Et confirmatur in exemplo. Nam ꝑsbiter ille qui prescripsit contra episcopum de quarta decimaꝝ. aut sciuit ius cõmune disponens ꝙ quarta debeat dari episcopo: et sic se credidit obligatum, tunc non fuit in bona fide ⁊ sic nõ prescripsisset. aut credidit se non obligatũ tunc errauit in iure. error autem iuris impedit prescriptioneȝ. Sicut ergo aduersarij cogerentur hoc argumẽtũ soluere ne predicta capitula disponerẽt super incompossibilibus, ita etiam soluẽdum est predictum eorum argumentum. Stat enim ꝙ aliquis sciat ius cõmune, ⁊ tamẽ bona fide obmittat ipsum obseruare: eo ꝙ credit se exemptum ab eo vel cõsuetudine deobligatum, ⁊ sic de alijs modis soluendi ⁊c.

Preterea pro primo dicto ⁊ contra aduersarios eiusdem primi dicti adduco practicam in nõnullis curijs episcoporuȝ vt audio obseruatam: que talis est. ꝙ si laici saltem aliquid dant nomine ⁊ loco quotte decime scȝ vicesimã vel tricesimã parteȝ tunc iudices ecclesiastici non cõdemnant eos ad solutionem integre quotte. sed absoluunt eos ab impetitione rectorum ecclesiarum, ⁊ tamen si nullam quottã omnino absoluũt compellũt et cõdemnãt eos ad integram quottam soluendam. Ex ꝙ̃ arguo sic. Si iudicibus licet predictos laicos nihil dantes nomine decime ꝯdẽnare ad soluendum integram quottam: tunc non solum licet eis ita iudicare, sed etiam tenẽtur ita iudicare quia alias facerent alteri parti iniuriam. Nam si laici non obstante predicta consuetudine tenentur ad integram quottam soluendam tunc iudices facerent iniuriam rectori ecclesie petẽti integram quottam si non condemnarẽt laicos ad integram quottam Si autẽ nõ tenentur laici ad integram quottam: tunc iudices faciunt iniuriam laicis condemnando eos ad integram. Qua igitur frõte ob consuetudinem parcunt illis laicis qui cõsueuerunt aliquid dare nomine decime et eos absoluunt: deberent etiam reliquis parcere qui pretextu cõsuetudinis nihil soluunt. Nã si quotta est de iure diuino vel de iure positiuo inabrogabili et

impꝛescriptibili: tunc rectores ecclesiaruꝫ
tam circa primos ꝙ̃ circa secūdos laicos
habent ius ad integram quottā. ita ꝙ eis
debetur. ergo cum rectores constanter pe
tunt facient iudices iniuriā illi rectori cu-
ius subditi soluꝫ soluunt aliquid nomine
decime si absoluunt eius subditos.

Septimū corelari

um. Licet religiosi confessores teneant̄ si-
bi confitentibus facere conscientiā de sol
uendo decimam: non tamē sic ꝙ indistin-
cte dicant ad omnes laicos sibi confiten-
tes ꝙ teneant̄ ad quottā decime et de oī-
bus eam dare. Prima pars probatur per
clemētinā de penis. vbi hoc omnibus re-
ligiosis non percipientibus decimas pre-
cipitur sub intermīatiōe maledictōis eter
ne. §. et quia. Jmo si qui postposuerint sci
enter confitētibus facere conscientiam de
soluendis decimis: incurrūt ipso facto sen
tentiam suspēsionis ab officio predicatio
nis donec ipsis cōfitentibus conscientiaꝫ
fecerint si hoc ipsum dicendi sibi cōmode
facultatem habuerint. et si nihilominus p̄
dicta negligentia non purgata p̄dicare p̄-
sumpserint: incurrent sententiam excom-
municatōis ipso facto. Secunda pars
ꝓbatur. quia non tenentur cōfitentibꝫ fa-
cere conscientiam erroneā. illa autem esset
erronea conscientia. quia multi sunt in q̄-
rum locis viget consuetudo illa de qua in
tercio et quarto corelario est dictū. illi au
tem non tenentur ad quottam et de omni
bus. igitur. Unde confessores debēt di-
screte inquirere circūstantias loci vbi ha
bitat confitens. puta de cōsuetudine q̄ ibi
seruatur et quāto tempore durauerit. ⁊ an
bona fide sit introducta tāto tempore q̄n-
tum requiritur ad prescribendū cōtra ec-
clesiam solutionē alicuius rei tēporalis ei
debite: iure cōmuni resistēte. et sic de alijs
cōditionibus requisitis ad legitimā p̄scri
ptionē. vel ad consuetudinē abrogatiuā p̄
cepti positiui. et si omnia ibi fuerint nō fa
ciat confessor confitenti ꝯscientiā seu scru
pulum. sed potius si quem habet tollat eū
dicendo ei ꝙ non tenetur in tali casu ad il
lud cuius contrariuꝫ habet predicta con-
suetudo. Nam errantes ⁊ scrupulosos di
rigere et quietare est opus misericordie et
non est prohibitum. Si aūt aliquid defe
cerit requisitorū ad legitimā prescriptiōeꝫ
aut abrogationē tunc debet ei facere con-
scientiam vt doleat de neglectis decimis
et quottis decimaꝝ et satisfaciat de eisdeꝫ.
nisi obtineat remissionem liberalem ab ec
clesia. ad quam etiā ecclesia debet esse be-
niuola ⁊ proponat cum effectu in futuro
soluere quottā et de omnibus super qui-
bus non potest se consuetudine sufficien-
ti tueri. Non dubito em̄ si confitens ha
beret scrupulum de hoc ꝙ nō ter in anno
cōmunicasset iuxta c. omnis. de cōse. dist.
ij. aut non cessasset a seruilibus per om̄es
dies festos preceptos in iure canonico de
conse. dist. iij. aut ꝙ nō solueret in terra no
stra ꝑsonales decimas omniū. cōfessor li-
cite posset confitenteꝫ informare taliter ꝙ
non haberet super hoc scrupulū. cur non
ergo hic etiam idem posset. Contra hoc
arguitur. Si sic. igitur eadem ratione pre
dicatores possent talia cum tali discretiōe
et distinctione predicare. quia nō videt̄ ra
tio diuersitatis. Consequens videtur fal-
sum. quia sic predicando multi qui al's fu
issent daturi decimas integraliter in locis
etiam vbi non est ꝯsuetudo dare decimas
ducti scꝫ ex anxia cōscientia tales non da-
rent sed sibi retinerent. scientes se non esse
obligatos. ⁊ sic tales retraherent̄ a solutio
ne decimarū. Hoc aūt prohibitum est sal
tem religiosis predicatoribus ⁊ minoribꝫ.
vt patet in c. j. de decis in sexto. et hoc sub
pena excōmunicationis. etiam omnibus
religiosis prohibetur in cle. cupientes de
penis vbi dicit̄. Jllos religiosos qui aliq̄
vt audientes a decimaꝝ ecclesijs debita-
rum solutione retrahūt in sermonibus su
is vel alibi proferre p̄sumūt: excōmunica-
tionis sententie subiacere decernimꝰ ipso
facto. Dicendum ꝙ si qui retraherentur
tm̄ illo modo vt argumētū arguit nō esset
hoc ꝓhibitum in predictis iuribus quia
ibi tm̄ dicitur de illis qui retrahunt eos a
solutione decimarū debitarum. modo ab
rogate decime non sunt debite. Dicitur
etiam ibi de illis qui sic predicando corrū
punt animas audientiū. modo tollere er-
roneas conscientias non est sic corrumpe

re sed informare. Attamen dico ꝙ ex quo plures sunt infirmi ⁊ pusilli qui ex infirmitate de facili occasionarentur ex talib⁹ doctrinis ad non danduȝ etiam decimas debitas. puta quia innit erentur alicui insufficienti consuetudini vel alteri insufficienti fundamento, ideo abstinendum est a talibus, quia oportet cauere a scandalo etiā cui⁹ occasio est accepta si ex infirmitate accipitur non ex malicia. Unde nec omnis veritas est passim predicanda, ⁊ multa in confessionibus possunt tractari que in sermonibus debent reticeri, vt patet in materia restitutionū ⁊ in multis alijs. Nam in sermonibus diuersi sunt valde auditores. et quod vni est cibus alteri est mors. In confessione autem tm̄ vnus habetur pre manibus cuius cōditionem bene potest explorare confessor ⁊ eum discrete plenius informare. Preterea forte non expediret etiam predicare laicis ꝙ diuinū ius hodie non obligaret fideles ad quottā decime nisi in casu indigentie illius quotte. sed ꝙ fideles obligarentur ad illam quottam esset ex institutione facta per ecclesiaȝ

Et ratio huius est duplex. Prima. quia q̄uis quādo ecclesia primo instituit illud preceptum ministri eius indiguerunt illa quotta: non habentes al's competentem sustentationem, in quo casu etiaȝ est de iure diuino et naturali, et sic non possent ecclesiastice persone a quibus illa constitutio emanauit morderi de auaricia si inspiciatur taȝ iusta ratio institutōnis, tamē q̄a laici qui opido sūt infesti clericis alias grauiter ferunt ꝙ clerici mlta temporalia possideant ⁊ eos de cupiditate solent sugillare inciperent illam institutionem sinistre interpretari quasi ex cupiditate originaliter processissent: non necessitate, vtputa ignorantes conditionem ministrorum ecclesie a principio et quia viderent hodie nōnulla loca in quib⁹ illa causa ⁊ necessitas cessat: dicerent ibi non deberi decimam solui. quia cessante causa cessat effectus: nescientes ꝙ sicut nonnunq̄ ratiōe propter quam positiua lex fuit instituta perseuerāte lex aboletur, vt patet in abrogatione festorum ecclesie, sic econtra nōnunq̄ lex remanet obligatoria licet ratio (saltem aliqua) sue institutionis non maneat. Secunda causa. quia nonnulli maliuoli laici non solum redderentur ex hoc minus diligentes ad obseruantiam illius constitutōnis ecclesie eoꝙ minus curatur cōstitutio ecclesie q̄ legis diuine, licȝ vtraq̄ ligat ad mortale si est preceptiua. sed etiā forsan studiose inciperent quibusdam adinuentōibus introducere non solutionem decime. eo ꝙ ille non solutiones licet mala fide facte non possent introducere cōsuetudineȝ nec prescriptionem sua virtute. tamen per illas non solutiones mala fide per eos factas perueniretur tandem ad nō solutiones fiēdas per posteros suos bona fide, put solet fieri, ⁊ sic tandem perueniretur ad prescriptionem qua sui posteri (quib⁹ volunt semper bene prouideri) liberarent̄ ab onere decimarum. et hoc passim mag' cōtingeret fieri q̄ quando eis non constat illud preceptum esse ecclesie et non obligatorium ex vi diuine legis veteris vel noue nisi in casu necessitatis. Non sunt ergo tradenda arma hostibus nostris quibus nobis preiudicēt. Nec amicis nostris ea aperire per que ipi sibijpsis spiritualiter et nobis nocerent temporaliter. Preterea nonnullos casus in quibus vere indigerent clerici quotta et sic eis diuino iure deberetur: ipsi iudicarent non esse casus indigentie et sic eis non deberi iure diuino. Deniq̄ status ecclesiasticarum personaꝝ non est semper equalis in temporalib⁹ rebus. quoniam si aliquando non indigeat tantis bonis tamen paulo post forte indigebit. ⁊ sic tūc iure diuīo debebit̄ eis tāta.

Octauum correlarium.

Sententia iuristarum quibus contradictum est in presenti tractatulo deficit in q̄ plurimis articulis, patet epilogando aliquos et aliquos addendo quos ipsi vl' aliqui eorum ponunt. Primo quia dicunt quottam decime esse de iure diuino morali et hodie obligante, cuius oppositum ostensum est in secunda et tercia conclusionibus. Secundo dato ꝙ ille articulus haberet apparentiam de predialibus decimis, tamen pro quanto aliq̄ eorum. puta Innocēti⁹ ⁊ seq̄ces ei⁹ etiā hoc

idem dicunt de psonalib9 illud minorē habet apparentiā. vt patuit in solutōe vicesime pme pbationis tredecimi argumēti. Tercio. qꝛ dicunt opinionē dicentē oppositū eē q̄si hereticā. cui9 oppositū ostēsuꝫ est in primo correlario. Imo potius hoc de eorum opinione esset dicendū si de altera earum illud esset dicendū vt ibidem patuit. Quarto aliqui eorum implicant contradictoria in suis dictis. patet primo de Anthonio de butrio, put patet ex deductis in quinta cōclusione. Secundo idem patet de Panormitano dupliciter. Prio. nā in c. in aliquib9. extra decimis dicit. ꝙ opinio sancti Thome que tenet ꝙ vbi de cōsuetudine non soluuntur non peccant nō soluentes: sibi multū placeat ne tāta multitudo pereat. ꝛ tamen statiꝫ subdit dicēs. Tenendum tamē est ꝙ de iure diuino decime debenť cum integritate. Nā licꝫ motiua theologorum multū stringant tamen in dubijs debemus stare interpretatiōi ecclesie ꝛ summi pontificis. hec ille. Hec autem verba implicāt dupliciter. Primo q̄a si multū sibi placet illa opinio thome. aut igitur ipsa est vera. ꝛ tunc non est contrarium tenendum. aut est falsa et tunc nō debuit sibi multum placere. Item aut totā illam multitudinē hominū italie et aliarum puinciarū in quibus non soluitur quotta perituram esse ppter non solutionem quotte decime est veruꝫ aut falsum. Si verꝫ. tūc non debuit hoc insinuare tanq̄ nō fore dicendum. Si falsum. igitur nō debuit dicere tenendū esse quottam esse debitaꝫ iure diuino. quia ad illud sequitur ẜm eū ꝙ tota illa multitudo pereat. Secundo cōtradicit sibi implicite. quia in verbis iā lectis dicit tenendū esse ꝙ debeanť decime cum integritate ꝛ ita quo ad quottaꝫ ex iure diuino. ꝛ hoc ex interptatiōe summi pōtificis et ecclesie. et in c. tua. j. eo. ti. vbi idē addit dicens. etiā si theologi cōtrarium dicentes sint sancti: et tū ibidem dicit ꝙ vbi dictum alicuius sancti iuuať autoritate iuris diuini: potius ei q̄ ꝯstitutiōi sūmi pōtificis standum est vt dicit glosa sing. in c. primo. xx. dist. Hec ille. modo sic est in pposito. quia sanctus Tho. ꝛ alij theologi iuuanť autoritate iuris diuini expressi in epistolis Pauli dicentis nos nō esse sub lege moisi. Et idem determinatū est per concilium generale tēpore apostoloꝝ. Actuum xv. et idem postea contigit in cōdemnatione heresis ebionitarū. et p ꝯsequens decime non sunt de iure diuino veteri. et cum non sint de euangelico iure vt ostensuꝫ est sequitur ꝙ opinio theologorum iuuať autoritate iuris diuini. igitur si predictum dictum Panormitani sit verum: sequeretur ꝙ predicte opinioni theologorum potius standum esset q̄ cōstitutioni summi pontificis saltem crude intellecte. que poti9 est exponenda ꝛ sane intelligenda. eo ꝙ tales locutiones plerūq̄ in rebus indubitāter positiuis reperiuntur. vt ostensum est in solutione tredecimi argumenti principalis. Aliam implicationem eius vide supra in improbatione sui quinti dicti positi in solutione sedecimi argumenti. Quinto. qꝛ dicunt ꝙ deo offerre bona exteriora puta temporalia sit de iure diuino hodie obligante. quia volunt ꝙ sit de iure diuio morali. modo hoc ostensum est falsum esse in solutione quarti argumenti. q̄uis illa ẜm indeterminationem capta dare ad sustentationem ministri dei sit de iure diuio morali. Sexto volunt ꝙ etiam de iure diuino hodie obligante sit ꝙ etiam de omnibus predijs detur decima ꝛ maxime ꝙ saltem aliquid detur de singulis. Cuius oppositum patuit in solutione quarti argumenti. Unde si de vno predio daret quis tantam quantitatem quanta sufficit pro sua rata ad sustentioneꝫ ministri. et adhuc haberet mille predia: non erit ex lege diuina vel naturali obligatus ad dandū etiaꝫ minimum quid de reliquis illis. q̄uis secus sit de lege positiua. Septimo. quia plures eorum dicunt ꝙ papa non in totū posset tollere ius decimarum. sed quibusdā personis potest remittere. quod est improbatum in solutione sedecimi argumēti multipliciter. Octauo quia aliq̄ etiam dicunt ꝙ cum hoc ꝙ quotta est de iure diuino stat ꝙ papa dispēsēt super q̄tta vt nō sit debita ꝛ hoc quo ad aliquos homines et sic ꝙ in parte papa potest dispēsare circa et contra ius diuinuꝫ: licet non in totū tollere. ꝛ hoc ibidē est iprobatuꝫ. Nono

quia dicunt ꝙ tolleretur honor deo debi-
tus si remitteretur in totum ius decimarũ
et loquunť de honore sibi ex lege diuia de
bito, ⁊ per consequẽs de honore irremissi
bili per hominẽ quod ostensum est falsum
esse. et etiã esse retorquibile ꝯtra eos vt ibi
dẽ patuit. Decimo, quia indistincte ha-
bent pro inconuenienti ꝙ papa possit al-
terare vniuersalem statum ecclesie. etiã in
telligẽdo hoc quo ad exteriora bona que
possidet ecclesia, quod est falsum sic indi-
stincte intellectum, vt patuit ibidem in im
probatione quarti modi dicendi. Unde
cimo, quia volunt ꝙ ad hoc ꝙ cõsuetudo
abroget aliquod p̃ceptum positiuũ opor-
teat ꝙ illi consuetudini subsit aliqua ratio
propter quam rationabiliter fuerit reces-
sum ab ip̃o positiuo precepto, ꝓut expressa
fuit eorum mens in tercio correlario cuiꝰ
oppositum patuit ibidem. Duodecimo,
quia in hac materia imponunt theologis
ea que non senserunt. Unde in c. tua, j. ex-
tra eodem Panormitanus recitando An
thoniũ de butrio dicit sic. Ex illo c. infert
Anthonius ꝙ peccant theologi asserẽtes
decimas hodie nõ deberi, modo hoc the
ologi nõ dicũt, imo eque (sicut iuriste) di-
cunt ꝙ debenť etiam quo ad quottã ⁊ etiã
de omnibus. et hoc de iure positiuo, ideo
dicunt abrogabilem esse quottã. Et idem
Panormitanus eis imponit post Inno-
centium in rubrica extra de decimis, vbi
multa iura adducit ad ꝓbandũ ꝙ decime
sint debite, que nõ esset contra theologos
opus adducere ad ꝓbandum ꝙ sint debi
te, quia ipsi hoc ꝯcedunt. Secundo etiã
Panor. in c. In aliquibꝫ, ⁊ glo. in c. primo
de decĩs in sexto: imponunt magistro sen-
tentiaꝝ ꝙ dixerit, sufficit aliquid dare no
mine decime, quod non est verum ad illũ
sensum ad quem sibi ibidez imponit. Nã
si alicubi hoc dixisset ipse hoc intellexisset
ꝙ ad q̊ttam nõ teneretur populus iure di
uino, sed non negasset q̇n iure positiuo ad
id fuisset obligatus. Tercio idẽ Panor-
mitanꝰ ibidẽ imponit theologis ꝙ dicant
ꝙ hodie decima in nouo testamẽto sit in li
bertate ipsius soluentis constituta. ita ꝙ si
quis non velit: nõ teneať. modo hoc non
dicunt, ⁊ hoc eis imponere est eis impone

re abiuratũ errorem Johãnis wickleff. in
ter cuius articulos q̃dragintaocto ille fu-
it vnus q̊ dixit ꝙ decĩe essent pure elemo
sine. Sed nõ est nouũ ꝙ iuriste theologꝭ
imponunt que non sentiũt, quẽadmoduz
etiaz imponunt eis ꝙ dicant ꝙ p̃scribens
cũ titulo ⁊ bona fide teneať restituere. Cu
ius oppositum patet in Scoto in. iiij. dist.
xv. ⁊ in Thoma in quodlibeto, xij. ar. xxv
Et in Johãne de ripa ordinis minoꝝ at-
q3 in cancellario pariẽsi in regulis manda
toꝝ. Decimotercio. Indistincte dicunt
ꝙ ius decimarũ non potest cadere in lai-
cum, quod quõ sit falsum patuit in quar-
to correlario. Decimoquarto, quia loq̃n
do de locis vbi nõ soluitur quotta vel nõ
de omnibꝫ soluiť decima, et volendo tales
excusare addũt notãter si nõ exigiť seu vẽ-
dicatur nec in ꝯtrariũ predicať quasi a cõ
trario pretendant ꝙ si exigereť a talibꝫ sta
tim peccarent recusando: quod est falsum
quia aut ecclesia indiget illa quotta: et tũc
etiam si non exigitur et tamen vellet habe
re: ⁊ hoc constat laicis tenenť dare de iu-
re naturali ⁊ diuino, Aut nõ indiget, ⁊ tũc
non ob hoc ꝙ exigitur ab eis obligabun-
tur: loquendo de exactione rectoris illius
ecclesie. Imo apparentẽ difficultatem ha
bet si ep̃s per sententiam habeat in tali ca
su laicos illos compellere ad quottam de
omnibus. vt patuit in sexto correlario. Q̃-
uis in dubio si sentẽtia est lata debeãt lai-
ci obtempare sententie, quia tunc certum
est ꝙ obediendo non peccant, ⁊ tamẽ non
obediendo exponerent se periculo pecca-
ti inobedientie, quia stare posset ꝙ esset iu
sta. Q etiam addunt dicentes, nec predi-
catur in contrarium, non obstat. quia etiã
si predicatores predicent tales esse obliga
tos non verum predicant, ideo tali sermo
ni credere non tenentur. nec per suam pre
dicationem possunt renouare preceptum
abrogatum inuitis subditis illis. Q̃uis ve
rum sit ꝙ si eis credant: licet erronea sit
talis conscientia: tunc tenebuntur, quia
etiam erronea conscientia ligat. Sed pre
dicatores male faciunt falsa predicãdo et
scrupulum et conscientiam erroneam au
ditoribus ingerendo. Decimoquin-
to, quia ex eis aliqui volunt ꝙ non valet

consuetudo diminuens quottam decime nisi sit approbata a papa intelligentes hoc de approbatione expressa quasi non sufficiat tacita. cuius oppositū patuit in tercio correlario. quia cum quotta sit iuris positiui potest preceptum eius abrogari. modo in abrogatiōe positiui p̄cepti sufficit tacitus cōsensus legislatoris. et per ꝯsequēs tacita approbatio. Multa alia dicenda forent de decimis ſm septem circumstantias de ea tractandas. s. quis teneat. quid et cui et cur et quomodo et quando et vbi Sed que dicta sunt solum tangunt circūstantiam cur et quomodo quis teneatur. i. ex qua lege teneatur. De alijs forte alio tēpore tractabitur. Horū ꝑo que dicta sunt finem facientes laudem predicamus ei q̄ alpha est et o ac omnis consummationis finis qui est christus magister noster ꝑ secula cuncta benedictus.

Tractatulus bipartitus de decimis: defensiuus opinionis theologorum aduersus cōmuniter canonistas de quotta decimarum si debita sit iure diuino vel humano per Conradum Sūmēhart de Calw artium atq; sacre theologie ꝓfessorem in alma vniuersitate Tuwingensi ordinarie in theologia legentem editus et ibidem lectus atq; disputatꝰ Impressus quoq; in imperiali oppido Hagennaw per Henricum Gran Finit feliciter Anno salutꝭ nostre post millesimum quaterq; centesimū nonagesimum septimum ipo die Briccij.

39

Cõclusiones et correlaria que ponuntur in hoc tractatulo.

Prima cõclusio. Preceptum de decimis dandis deo ꝛ mīstrꝭ eius est de lege diuia veteri et noua q̃ ad hoc qđ est esse dandū aliquid deo in honorē ꝛ ministris eius in sustentationem. folio j

Secunda cõclusio. Preceptū de decimis dandis deo ꝛ ministris ecclesie q̃ ad q̃ttaꝫ dandā est de lege diuina veteri. sed non de tali diuīa veteri q̃ hodie obliget nos. fo. ij

Tercia conclusio. Preceptum p̄dictum q̃ ad quottam dandam non est morale. pbatur octo rationibꝫ. folio ij

Quarta ꝯclusio. Preceptū de decimis dādis non est de lege diuina euangelica quo ad quottam dandaꝫ. pbatur tribus rationibus. folio iiij

Quinta ꝯclusio. Non est dicenduꝫ ꝙ hec opinio dicens p̄ceptū de decimis nō esse de lege diuīa hodie obligatoriū q̃ ad q̃ttā dandā sit q̄si heretica vt iuriste aliq̄ dicūt. pbatur quinq̧ rõnibꝫ. folio v

Sexta ꝯclo. Dare q̃ttaꝫ decīe hodie est d̄ p̄cepto legis humane positiue et ecclesiastice. folio v

Septima ꝯclusio. Dare q̃ttā decīe nō fuit de p̄cepto ceremoniali veterꝭ legꝭ. fo. vj

Octaua ꝯclo. Dare q̃ttam decime fuit de p̄cepto iudiciali veteris legis. folio vj

Postea ponunꝶ. xvj. argumēta contra illas ꝯclusiões quoꝝ tredecimū cõtinet in se vigintiduo argumēta ꝛ solutões eorūdē.

In secūda parte tractatuli ponunꝶ octo correlaria ꝛ vndecim argumenta cū solutiõibꝫ eorundem.

Primū correlariū. Si altera p̄dictarū opinionū deberet dici quasi heretica q̄ꝝ vna dicit preceptū de quotta decimaꝝ danda esse iuris diuini hodie obligātis. et alia ꝙ non: imo ꝙ sit solum iuris positiui canonici: potius prima esset talis dicenda q̄ȝ secunda. folio xxij

Secundū correlariū. Ubi est cõsuetudo dare q̃ttam ꝛ de oibꝫ. tūc non dantes q̃ttā et de oibꝫ peccant mortalr. folio xxij

Terciū correlariū. Si in aliquo loco est cõsuetudo qua non datur q̃tta aut nō datur de omnibus et illa consuetudo tāto tēpore bona fide durauit quantū sufficit ad consuetudinem abrogantem aliud consimile p̄ceptum positiuuꝫ et quantū sufficit ad p̄scribenduꝫ aliquod aliud ius contra ecclesiaꝫ vbi ius cõmune vel p̄sumptio resistit p̄scribenti. tunc interim ꝙ non exigiꝶ ab eis illa quotta aut non exigiꝶ de omībꝫ non peccant fideles non soluēdo quottaꝫ non consuetam solui. aut non soluēdo de illis bonis puta predijs vel alijs de q̄bus non est ꝯsuetū solui. Probaꝶ vna ratiõe et impugnatur quatuor argumentis et tandem in fine sexti correlarij latiꝰ illud correlarium discutiꝶ. folio xxij

Quartū correlariū. Predicti laici de q̄bus in tercio correlario est dictū etiam nō peccant si postq̄ȝ sunt exacti solū a suo plebano ad solutõeꝫ q̃tte de oibꝫ recusant eā dare: dūmõ non indigeat illa decima exacta. imo in casu tali natus esset ipse exigēs peccare Et vtraq̧ ps ꝯclonis pbatur duplr. dehinc fiūt q̄nq̧ argumēta in ꝯtrariū. q̄ꝝ quintum multa ꝯtinet fundamēta et pbationes que soluunꝶ. folio xxiiij

Quintū correlariuꝫ. Predicti laici de q̄bꝫ sonuit terciū correlariū ꝛ q̄rtū peccarent si postq̄ȝ a papa essēt exacti seu iussi q̃ttā decime ꝛ de oibꝫ soluere recusarēt soluere eā ꝛ de oibꝫ. pbaꝶ triplr. ꝛ postea occurrit dubiū quod insolutū relinquiꝶ. folio xxxiij

Sextū correlariū. Stāte predicta opinione theologoꝝ de q̃tta decimaꝝ satis apparens difficultas est si p̄dicti laici de q̄bꝫ sonuerūt terciū ꝛ quartū correlaria peccarent q̄tuꝫ est de ꝑ se recusando soluere q̃ttā ꝛ de oibus postq̄ȝ essent ab epo iussi soluere q̃ttā ꝛ de omnibꝫ q̄n nō est indigētia in ecclesia illa cui iubentur eā dare. vn̄ iuste possunt appellare. folio xxxiiij

Septimū correlariū. Licꝫ religiosi ꝯfessores teneanꝶ sibi ꝯfitētibꝫ facere ꝯsciam de soluēdo decimaꝫ nō t̄n sic ꝙ indistincte dicant ad oēs laicos sibi ꝯfitētes ꝙ teneanꝶ ad q̃ttā decīe ꝛ de oibꝫ eā dare. fo. xxxvij

Octauum correlarium ꝛ vltimū. Sententia dn̄oꝝ iuristarum quibus ꝯtradictū est in p̄senti tractatulo deficit in q̄ȝ plurimis articulis ꝛ enūeranꝶ quindecim quasi epilogando aliquos. folio xxxviij

—thman
1814
—ier —
—abre 149